

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corrvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber tertius, De libero arbitrio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-885)

cognitum, iis qui potuerunt aestimare, siue potius conuicere (nam Græce est *επιμαρτυρία*) seculum. Et agnouit Bellarminus, eos reprehendi qui non inuenerunt mundi Dominum. Ergo ex mente auctoris damnus colligi posse, ex mundi contemplatione Deum inueniri, quod Calvinus fatetur: sed hoc etiam, non fuisse inuentum, id est, siue malitia, siue inscitia corruptam fuisse eam cognitionem: quod Calvinus docet.

VI. Rursus Actorum 17. *Querere Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant: quamuis non longe sit ab unoquoque nostrum.* Id significat, testibus Chryostomo, & Oecumenio, tam esse facilem & obuiam Dei notitiam ex rebus creatis, ut fere palpari, & attrectari queat, quomodo tractantur ea, quæ ante pedes, & oculos iacent.

VII. Respondeo, primo distinguere cognitionis gradus: est enim cognitio aliqua inchoata: ut pote ea quæ non cognoscitur nisi communia quædam, ut unum esse, & bonum esse. Atque hæc tamen omnes fatentur esse obuiam, & facilem. Est & alia prouectior, quæ naturam Dei considerat altius & ad salutem utilius. Itaque nihil Bellarmino actum, nisi probet Paulum de hac loqui. Secundo, etiam si ex contemplatione rerum facile cognosci queat Deus: tamen id non obstat, quominus ea ipsa cognitio tam obuia, tam facilis, suffocetur malitia, aut corrumpatur inscitia: quod Calvinus contendit. Postremo, in hoc negotio distinguendæ sunt vires humani ingenij, à medijs utilibus acquirendæ huic scientiæ. Quomodo enim lux sufficit ad res quasi: bêt iudicandas, quas tamen cæcus, aut lusciosus non videat, suo non lucis vitio: Ita non est absurdum, posse res creatas ingerere cognitionem Dei, & tamen non capere homines eam cognitionem: nimirum hanc ob causam, quia sit eius corruptissimum ingenium. Atque adeo Paulus positos in mundo docet homines, ad quærendum Deum: ac non ita, ut asserat eundem ab iis inueniendum: sed si forte, inquit, palpent & inueniant. Et sane quid hoc sermone agit? Annon, ut pudorem incutiatis, qui colere se profitebantur *Θεόν αὐτομάτην*; Ergo Athenienses: imo in Atheniensibus, ipsi Philosophi Deum non norant, quamuis in mundo obuium.

VIII. Ad Romanos 1. *Reuelatur ira Dei de cælo, super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus n. illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles: quia eum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Ergo sapientes mundi ex rebus creatis Deum verum cognouerunt. Probatur consequentia: primo, quia dicuntur veritate in iniquitate detinuisse: secundo, quia non dixisset Paulus absolute, cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: tertio: quia alioquin non essent inexcusabiles circa peccatum Idololatriæ.*

IX. Respondeo, ut prius, non concludi controuersiam: quia hoc quæritur, utrum cognitio naturalis sit suffocata aut adulterata humanæ mentis malitia, inscitiaue. Nam cognitionem naturalem iam ostendimus à nobis poni. At suffocata, adulterataue ipse Paulus eodem loco testatur. Nam quid aliud est, Veritatem detinere in iniustitia? Ipse docet, *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: nec gratias egerunt.* Perspicue. Glorificauerunt enim: at non sicut Deum. Nam *mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Quod factum fuisset nunquam: nisi Deum cognouissent non bene: nisi id ipsum quod de eo cognoscere potuerunt, suffocassent. Præterea loquitur Paulus, non de vera veri Dei cognitione: neque eis absolute Deum cognitum fuisse: sed quadam tenus: itaque, nominat *το γνωστόν Θεόν, quod notum est Dei, in vulgato interprete, quod de Deo cognosci potest, apud Bezam.* Illud autem etsi non sit nihil, tamen tam procul abest à vera cognitione, quantum umbra à corpore.

X. Denique sic Calvinus in hunc locum, *Deus per se inuisibilis est: sed quia elucet eius maiestas in operibus & creaturis vniuersis: debuerunt illinc homines agnoscere: nam artificem suum perspicue declarant.* Paulo post, *Sit ergo hæc di-*

stinctio, demonstrationem Dei, & gloriæ suam in creaturis perspicue facit, esse quantum ad lucem suam: ita enim tenet: quantum ad nostram cæcitatem non adeo sufficienter. Cæterum non ita cæci sumus, ut ignorantium possimus prætexere, quin peruersitatis arguamur. Concipimus diuinitatem: deinde eam quæcumque est, colendam esse rat iocinamur. Sed hic deficit sensus noster: antequam assequatur, aut quis aut qualis sit Deus. Paulo post, *Aperte testatur Deum omnium mentibus sui cognitionem insinuasse: hoc est, sic se demonstrare per opera: ut illi necessario conspicerent. Sed notandum semper, in quo notitia gradus hæserint.* Hæc & alia Calvinus: ex quibus apparet, & teneri ab eo firmiter, posse Deum cognosci naturæ humanæ viribus: & esse tamen hanc cognitionem exiguam, & obscuram; & denique non contradicere Paulum Caluino.

XI. Post hæc scripturæ testimonia, locos multos ex Patribus Bellarminus enumerat: qui tamen neque singuli, neque omnes aliud conficiunt, quam cognitum fuisse Deum ex mundi contemplatione: cognitum etiam unum, cognitum Dominum, autorem omnium, bonum, magnum, ubique diffusum, & similia pauca: quæ omnia proluxe Catholici concedunt omnes. Atque nemo est eorum, qui neget hanc ipsam cognitionem & viuatam & suffocata. Imo Cyprianus tractatu de Idolorum vanitate, *Atque hæc est summa delicti, nolle agnoscere, quem ignorare non possis.* Ergo malitia suffocabatur huiusmodi notitia. Et hoc Caluino satis: ut non sit necesse his diutius in hæerere.

XII. Superest ratio vnica, Si Deum esse unum non posset cognosci sine gratia Dei speciali, id fieret, vel quia obiectum sit supernaturale, vel quia actio intelligendi vnitatem Dei sit valde difficilis, aut etiam impossibilis viribus solius naturæ. At hoc neutrum est. Ergo nec prius. Probatur assumtum. Primo vnitatem Dei esse obiectum naturale, ex Sapientia decimo tertio, *A magnitudine speciei, & creatura cognoscibiliter poterit horum creator videri.* Item à demonstrationibus plurimis ductis ab effectibus naturalibus: apud Damascenum, Richardum de S. Victore, Thomam. At quod demonstrari potest naturalibus rationibus, non est supernaturale. Secundo, non esse difficilem aut impossibilem. Quia, ubi demonstratio adfertur, non sit difficilis, vel impossibilis assensus.

XIII. Negatur assumptum. Primo enim de Deo agnoscendo cum agitur, vel constitutus est Deus inter res naturales, vel concedendum, esse obiectum supernaturale. At illud absurdum. Ergo hoc verum. Non contra auctor Sapientia, etsi non Canonicus. Nam Græce est, *ἐν τῷ αὐτῷ θεῷ καὶ ἐν τῷ κόσμῳ καὶ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ αὐτοῦ ἀποδείχεται.* Hoc est, *A magnitudine, & pulchritudine, & creaturis opifex proportionaliter consideratur.* Vbi primo de obiecto naturali, verbum nullum: secundo, cognitio non simpliciter nominatur: sed proportionatâ contemplatio: quæ consistere potest facile, cum ea corruptione, quam Calvinus dixit. Quamque idem ipse auctor initio eiusdem capituli seuerè arguit, *Vani omnes homines natura: quibus adest Dei ignorantia, & ex his quæ videntur bona, non potuerunt nosse eum qui est: neque consideratis operibus agnouerunt artificem.* Sic enim Græce habetur: longe rectius quam Latine. Etsi ergo asserat auctor, potuisse Deum cognosci ex operibus, quod Calvinus non negat: tamen idem agnoscit corruptam fuisse eam cognitionem ab hominibus: quod Calvinus docet.

XIV. Deinde quod attinet ad demonstrationes, primo negatur, quicquid demonstratur ab effectibus naturalibus, id esse obiectum naturale. Cur non etiam mortale, quicquid ab effectibus mortalibus: aut mutabile ab effectibus mutabilibus? Præterea considerentur hæc demonstrationes, siue apud Damascenum, cap. 5. libri de Fide, siue apud Richardum libr. 2. & 2. de Trinitate, siue apud Thomam contra Gentes libr. 4. 2. & videbitur quilibet, non esse demonstrationes directas, sed ab impossibili. Solent autem hæc demonstrationes, non rem ipsam cognitam efficere, sed tantum quid non sit, docere. Quæ certe exigua est cognitionis pars.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIVS.

De

LIBERO ARBITRIO.

Caput Primum.

STATUS CONTROVERSIAE DE VIRIBVS ARBITRII AD bonum Theologicum, siue Morale.



Hactenus de Viribus Arbitrij humani circa naturalia. Nunc nos ordo vocat ad easdem vires considerandas circa Theologicum bonum: siue Morale: hoc est illud, ut dicebamus, quod pertinet ad hominis peccatoris cum Deo contumeliam: quodque opponitur peccato. Peccatum autem hoc sensu nominatur, ut sit non quodlibet malum: sed illud tantum quo abstrahimur à gratia diuina, ac proinde salute nostra. Illud inquam quod est contra legem diuinam, quatenus est diuina: proindeque non aestimandum ex humano iudicio, sed omnino mensurandum ex diuino. Quare hoc bonum Theologicum ita oppositum peccato, erit iustitia, quæ etiam coram Deo sit iustitia: nam coram hominibus ut sit iustitia, nihil moramur: & libro præcedente testati sumus, nos agnoscere non esse nullas ea parte liberi arbitrij facultates.

II. Hic vero plana plenaque erat Catholicorum confessio. Primo hominis conditi ad imaginem Dei, hoc est, in stata veræ innocentia, iustitiaque, superueniente peccato: naturam esse prorsus corruptam, nempe amissa absolute exceptione tota ea integritate, siue prima illa innocentia. Secundo,

quicquid ei reliquum est lucis: non enim nulla est reliqua: quia non est ad *αλογον* relegatus, nedum ad stipes. Quicquid igitur ei reliquum est lucis metas fieri tenebras, cum de Deo quærendo agitur: nimirum ut bene cognoscatur: quæ partes sunt intellectus. Tertio, totam eius voluntatem penitus esse sub peccato captiuam; ideoque nullam ad bonum appetendum ei reliquam esse potestatem. Denique vno verbo, hominem ex solis sui arbitrij viribus ad malum, siue maius, ad peccatum ferri dūtaxat: nullo autem modo ad bonum proprie oppositum peccato: donec à Deo per gratiam reformetur: hoc est, vires accipiat ad bonum, quas non habet.

III. At, Papatum vix vna est sententia. Quidam nihil posse hominem ad bonum suis propriisque viribus aut consentiant, aut consensum simulant. Baius de libero arbitrio, capite decimo, disputat, liberum arbitrium, quale nunc est, ex se neque bonum facere posse, neque tentationem ullam superare. Andræus Orthodox. explicat. libr. 4. liberum arbitrium veluti ferreis compedibus ita constrictum, ut ex illis se expedire nullo modo, nisi Dei virtute possit. Itaque quod nihil perfecti & spiritualis boni facere scelerati homines possint, quamdiu eorum mentes flagitiorum sunt maculis coopertæ, non quidem esse, quia libera voluntate careant: sed quia adeo

ideo sit illa
prelia, ut n
tue possit B
non posse v
salutem per
IV. Aff
bonumque
tores: aut
quam calu
minis Arbit
inque
etiam qu
bonum qu
trio c. circa
genua libero
non præcipue
contemnam
cuius qui n
horis esse ar
tas & animi
corbis & ad
des, aut ab il
V. Roma
bitrio, ut h
tot liberum
ad gendum
quit, ex præ
iam Genes.
si liberum ho
mana, siue bo
præferam qu
prophetaum in
ita cognitio
restantur libe
te confirmati p
licet passiones
boreas: Liber
siue trahunt
VI. Sic i
nim vulgus
mente conce
tentem esse
quod tanto
cum factu qu
dant illud H
peccare & m
via durius
verba sunt
(si spiritum
notus est ip
dicitur per ill
ad spiritum
bus fauet, qu
VII. Et qu
storum pluri
arbitrium. C
tatis apparet
est, ut hanc v
sentiam perp
VIII. No
nim illud est
minem in sua
li subiacete
dicit à quo qu
tæ præcipue
no nullo libe
que partem
cur non h
est, notum, et
cessant. Echi
est interpret
ga, & non ag
us in iudem
dicit esse,
mali. Quod
de Natura &
possit habere
te, si quæ
se gratiam De
licis dentij Pa
arbitrij).
IX. Quæ
tamque p
ma

ideo sit illa peccatorum laqueis implicata, ac scelerum pondere repressa, ut necesse ab illis extricare, nec emergere villo modo proptia virtute possit. Bellarminus etiam cap. 5. lib. 6. de Gratia & Libero arbitrio: non posse voluntatem humanam aliquid velle in iis, quæ ad pietatem, & salutem pertinent sine auxilio gratiæ Dei.

IV. Ast alij simpliciter disputant, Arbitrium hominis ita esse ad malum bonumque liberum, ut vtrumque habeat in sua potestate. Recito auctores: autorumque verba, ne me quicquam cuiquam imponere quicquam calumniatur. Alphonsus de Castro hæresi 2. de Libertate, *Si hominis Arbitrium, inquit, ex se & sua conditione liberum est, non potest per quodcumque adueniens peccatum suam libertatem amittere: & per consequens etiam qui in peccato fuerit, poterit sicut peccare, ita & peccatum vitare: & bonum opus, quamvis non meritorium, operari.* Pighius lib. 1. de Libero Arbitrio c. circa fin. *Non possumus iustitiam Dei de nobis iudicium intelligere nisi intelligamus libero nos præditos voluntatis arbitrio: & in nobis positum ut obediamus præcipienti à malo declinare, & bonum facere: & contra negligamus, contemnamusque eius monita.* Idem lib. 2. cap. 3. *Omnes primum esse docent his qui nostra philosophia veritatem assequi desiderant, ut intelligant liberum esse arbitrium: & in sua potestate habere, recte & secus vivere, prout voluntas & animi iudicium hac illacve declinauerit: & in potestate nos habere diuinis verbis & admonitionibus credere: mandatis vitæ obsequi, & eorum nos iugo subdere, aut ab illis auerti.*

V. Romæus, libri 1. Veritat. 6. non tantum hominem ita esse libero arbitrio, ut humana quæque opera illius imperio ac dispositioni subdantur; liberumque arbitrium nihil aliud esse, quam voluntatem expeditam ad eligendum, utpote indifferentem ad vtrumlibet: sed etiam, *Duo, inquit, ex præmissis præcipue volumus cuiuslibet innotescere Christiano, vel etiam Gentili. Primum quidem, quod absque vlla tergiversatione vel glossa liberum homini manet arbitrium: alterum vero, quod opera quæque humana sine bona, siue mala, quomodolibet fuerint, illius subiacent potestati: præsertim quantum ad liberum operandi exercitium.* Et Veritate 11. *Illud potissimum insinuare concedimus, quod licet omnium hominum sensus, & cuncta cogitatio humani cordis prona sint in malum ab adolescentia sua, ut sacra testantur literæ: in hominum tamen potestate repositum est, ebullientes à pronitate eiusmodi passiones, & suscitatum Leuiathan comprimere & humiliare: ne scilicet passiones peccatorum operantes in nobis fructificent morti.* Nec aliter Arboreus: *Liberi Arbitrii nos condidit Deus: nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur.*

VI. Sic isti. Et haud scio, an aliter quisquam ad populum. Neque enim vulgus Papistarum videas hanc de libero arbitrio questionem aliam mente concipere, quam ut profiteantur hominem suis viribus tam potentem esse ad bonum, quam ad malum. Neque alio referre possum, quod tanto odio omnes feruntur in illud Lutheri: liberum arbitrium, cum facit quod in se est, peccare mortaliter: aut etiam contra cum laudant illud Hieronymi ad Damasum, *Nos vero dicamus semper hominem & peccare & non peccare posse: ut semper nos liberi consitemur arbitrii: quo vix durius quicquam ipse potuit Pelagius effutire.* Certe Klingii hæc verba sunt, libri 1. cap. 8. *Locor. Comm. Tametsi caro concupiscit aduersus spiritum: Et spiritus aduersus carnem, quinto ad Galatas: attamen in medio est ipsa voluntas libera, & vtrique parti, cui voluerit, assensire, & obedire potest.* In medio, inquit, quasi nihilo magis ad carnem vergeret, quam ad spiritum: instar *ὁμοῦ*, qui, certantes ex alto despiciens, æque omnibus fauet, quia nulli.

VII. Et quia vix alia notione nominabatur Liberum arbitrium: hinc nostrorum plurimæ contrariæ disputationes, vix negare funditus liberum arbitrium. Cum tamen certum sit omnino, non negari, nisi hoc sensu. Quod satis apparet ex earum disputationum serie: quibus hic scopus propositus est, ut hanc vnam in bonum malumque æquam propensionem, siue indifferentiam perpetuo impugnent.

VIII. Non potuere autem Papistæ conqueri de calumnia. Quid enim illud est: in nobis positum esse, ut obediamus, aut non: habere hominem in sua potestate recte, secusve vivere, opera, siue bona, siue mala, subiaccere potestati liberi arbitrii? Aut quid differens potuit vnquam dici à quoquam Pelagiano? Certe cum Pilatus, Ioannis 19. dixit, *Ἐξουσίαν ἔχω καὶ οὐκ εἶμι ἐξουσίαν ἔχω δὸν ἄνθρωποις, potestatem habeo crucifigendi tui potestatemque dimittendi: non aliud quicquam cogitavit, quam omnino nullo sibi diuino auxilio opus esse: sed suum arbitrium per se in vtramque partem esse indifferentem. Et qui similiter de bono & malo loquuntur, cur non similiter intelligantur? Quin etiam quid sit illud, in nobis positum esse, notum, tum ex vi vocabulorum, tum ex Aristotele, vnde omnia hæc accessunt. Ethic. 3. cap. 1. *ὁ δὲ ἐν αὐτῷ ἢ δὲ κατὰ, ἢ ἀντὶ τοῦ πρᾶξι καὶ μὴ. Hoc est, interpretare Peronio, Quarum rerum in quoque posita principia, eas ut agat, & non agat, in eo situm est.* Definens id in nobis esse positum, cuius in iisdem principium sit. Qui ergo in nobis esse bonum ac malum dixerit esse, hunc necesse est fateri in nobis esse boni principium, æque ac mali. Quod omnino Catholici impugnant. Denique cum Augustinus de Natura & Gratia capite 10. *Quia stultius quam orare, ut facias quod in potestate habeas? ostendit ad ea quæ homo dicitur habere in sua potestate, si quæ dicitur habere in sua potestate, ne postulandam quidem esse gratiam Dei.* Videant ergo quam iustam accusationis ansam Catholici dentij Papistæ, qui bene maleve vivere docent esse in potestate liberi arbitrii.*

IX. Queramus ergo: an post Adami lapsum, Arbitrium hominis in vtramque partem ita sit liberum, ut indifferentem dici possit ad bonum malumque. Et aut omnes, aut ij saltem quos diximus, affirmant Papistæ: nos omnes Catholici negemus.

CAP. II.

Vtrum nullum necessarium, sit peccatum.

I. Papistarum affirmantium argumenta Calvinus collegerat, Institutionis libr. 2. cap. 5. & in certas classes distinxerat, ut refutaret. Quam disputationem, quia Bellarmino visum est exagitate: nos etiam considerabimus: vna cum Bellarmini, ad eius responsiones, exceptionibus: ut fiat manifestum, quam sint inania Papistarum argumenta, quæ iste solidissima appellat. Sunt ergo argumentorum, alia ab impossibili; alia ostensua ex Verbo Dei, si tamen ostensua.

II. Esto primum. Aut peccatum est necessarium, aut voluntarium. Si necessarium: igitur non est peccatum: ac per hoc peccatum non erit peccatum quod fieri non potest. Si est voluntarium: igitur vitari potest: & proinde homo est liberi arbitrii in moralibus: quippe qui possit peccare & non peccare. Respondet Calvinus negans vtramque consequentiam. Nego inquit, peccatum ideo minus debere imputari, quod necessarium est: nego rursum, consequi quod inferunt, euitabile esse, quia voluntarium sit. Bellarminus de posteriori prius agit.

III. Ergo cum negat Calvinus, sequi; si voluntarium sit, igitur vitari posse; Bellarminus voluntarium dici responder, vel spontaneum, seu liberum à sola coactione: vel liberum à necessitate. Calvinus priori modo voluntarium sumere, quale est in pecoribus: quomodo ipse fatetur non pugnare cum necessario & inuitabili. Se a. accipere secundo modo: alioquin inepte dici, aut necessarium est, aut est voluntarium. Et eo modo accepisse Augustinum cap. 14. de Vera religione. Quare non posse consequentiam euitari.

IV. Atqui commode Calvinus. Nam quia voluntarium est, non tantum id quod est in vtravis partem liberum: sed etiam aliquid in alterutram necessarium: & istud, etiam si sit voluntarium tamen non est euitabile: ergo recte negatur consequentia, quæ necessario supponit omne voluntarium esse euitabile. At Papistæ intelligunt voluntarium priori modo. Ergo, inquam, expressum oportuit: & quia non est expressum, recte Calvinus negauit consequentiam. Quod si expressum fuisset, tum vero ille negasset antecedens. Nam peccatum, etsi voluntarium, tamen non est in eorum numero, quæ libera sunt in vtravis partem. Augustinus de Natura & Gratia capite 66. *Quod ex vitis natura, non ex conditione natura sit quædam peccandi necessitas, audiat homo: atque ut eadem necessitas non sit, discat. Deo dicere: De necessitatibus meis educ me: quia & in huiusmodi oratione certamen est aduersus tentatorem, de ipsa contra nos necessitate pugnantem: ac per hoc optulante gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, & mala necessitas remouebitur, & libertas plena tribuetur.* Et capite sexagesimo septimo, repetens ex 3. de libero arbitrio, cap. 18. *Nec mirandum est, quod vel ignorando, non habet liberum arbitrium voluntatis ad eligendum, quid recte faciat: vel resistendo carnali consuetudine, quæ violentia mortalis successione quodammodo naturaliter inolit, videat quid recte faciendum sit: & velit nec possit implere. Illa est enim peccati pena iustissima, ut amittat quisque quo bene vti noluit, cum sine vlla posset difficultate vti, si vellet. Id est autem, ut qui sciens recte non facit, amittat scire quod rectum sit: & qui rectum facere cum posset, noluit, amittat possi cum vlit.*

V. Hæc tamen de posteriori consequentia. Negabat etiam priorem Calvinus: nempe hæc: si necessarium, ergo non peccatum. Debit ergo à Bellarmino confirmari. Quod tamen ille neglexit omnino. Non valde confultate. Quid ergo? Tantum impugna rationes negandi, quas se habere Calvinus dixit. Hoc ergo quid sit videamus. Rationes colligit ab ipso Calvino quinque, à Chemnitio sextam Prima est: Quoniam idem argumentum erat Pelagianorum contra Augustinum. Secunda: quia peccata sunt non ex creatione, sed ex corruptione naturæ, quæ fuit à peccato primi hominis. Tertia quia Diabolus necessario semper male agit: & tamen vere peccat: Angeli sancti necessario bene operantur, & tamen vere bona sunt eorum opera. Quarta, quia Bernardus, sermone 81. dixit, hominem post peccatum non posse vitare alia peccata: & tamen vere proprieque peccare. Quinta ex Aristotelis 3. Ethic. cap. 5. hominem sponte fieri malum, cum posset non fieri: sed ubi talis effectus est, iam necessario esse malum. Similiter ergo primum hominem sponte ac libere peccando naturam corrupisse: & iam corrupta natura necessario male operari. Sexta, quæ à Chemnitio est: quia Ioannes peccatum definit *ἀνομιάν*. Itaque omnem ἀνομίαν, siue voluntariam siue necessariam, esse peccatum.

VI. Ad primam Bellarminus responder: non esse eandem questionem non idem argumentum Differentiæ ratio. Quia Pelagiani disceptabant, non vtrum singula peccata vitari possent: sed vtrum homo absque omni peccato posset vivere, etiam veniali. Respondit autem Augustinus, antè peccatum Adæ fuisse in homine libertatem viuendi, sine omni peccato: nunc autem esse necessitatem habendi aliquod peccatum. Atqui hæc necessitatem Bellarminus negat efficere, quominus peccatum sit vere peccatum, quoniam vitari singula possit, etsi non omnia.

VII. Atqui primo sit iniuria Calvino: qui hoc quicquid est rationis proculerat non aduersus istam consequentiam: sed contra totum argumentum. Audi verba, *Si peccatum, autem, necessitatis est, iam desinit esse peccatum: si voluntarium est, ergo vitari potest.* Hæc Pelagij quoque arma erant ad impetendum Augustinum: cuius tamen nomine illos nolumus prægrauari, donec dere ipsa à nobis satisfactum fuerit. Tum inde sequitur vtriusque consequentia consideratio.

VIII. Esto tamen: negat Bellarminus idem esse argumentum, cum argumento Pelagianorum. Atqui ipsa eadem sunt vtriusque verba. Lege Augustini libram de Perfectione iustitiae. In eo Cælestij Pelagiani ratio cinatio secunda ita incipitur, *Quærendū est, Peccatum voluntatis an necessitatis est? Si non est, peccatum non est. Si voluntatis est, vitari potest, Qui potest ouum ouo similibus esse? Idem omnino dilemma: aut necessarium, aut voluntarium. & Eodem vtriusque eorum consequentia: si necessarium, ergo non peccatum: si voluntarium*

ergo

ergo vitari potest. Et in tam similibus, imo in tam isdem verbis inesse potest lenius non idem, vis non eadem.

IX. At quæstio erat alia: nempe de omnibus peccatis vitandis. Quid tum inquam? At erat saltem vicina. Quis autem nescit vicinis quæstionibus, non pauca esse communia? Nam & ipsi Papistæ ex Aristotele mutantur argumenta ad statuum liberum arbitrium: cum tamen non prorsus idem cum eo sentiant: nam admittunt saltem in aliquem angulum, gratiam Dei, de qua nec cogitavit quidem Aristoteles: & agnoscunt naturæ corruptionem per peccatum, quæ Philosopho ne in somniis quidem cogita est. Denique quis tam discessisse à Pelagianis Semipelagianos potest sibi in animum inducere: vt nulla argumenta haberent communia? Ergo non sufficit quæstionis diuersitas, ad euincendam argumenti diuersitatem. Et videt cordatus quisque, potuisse a singulorum peccatorum natura, Pelagium argumentari ad Thein generalem.

X. Secundo, Augustinus responsio supponitur à Bellarmino. Nam ille ad hoc argumentum non respondit in eum modum. En verba; Respondemus, quod supra. Et vt sanemur, inuocamus eum, cui dicitur in Psalmo, De necessitatibus meis educ me. Gemina responsio est: prior eadem quæ fuerat ad primam Cælestij ratiocinationem huic secundæ germanam, Respondemus, aiebat, vitari posse peccatum, si natura vitata sanetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Quod & nos libenter dicimus. Non enim contendimus, nullo modo esse posse hominem absque peccato: quod profitemur tandem concessum iri fidelibus in patria: sed tantum nullo modo posse sine gratia. Altera responsio indicat aliquo modo necessarium esse peccatum, ex versu Psalms: eadem ratione quam paulo ante ab eodem audiuimus ex capite 6. de Natura & gratia.

XI. Quanquam, quid promouet Bellarminus, cum concedit post vitatam naturam necessitatem esse habendi aliquod peccatum? Nam primo quicum sibi rem esse putat? An cum nescio quibus asserentibus in singulis hominibus reperiri omnia simul peccata, siue indiuidua, siue per species? At Caluinus nunquam tam supine somniauit. Nec tantum credit Absalomum (vt hunc exempli gratia nominem) etiam reum incestus cum concubinis patris, tamen immunem fuisse adulterij cum Berseba: sed etiam Adam reum manducati pomi, non fuisse tamen homicidam: aut Petrum reum Christi abnegati, non accusatum furti. Quid ergo? Nempe fieri non posse, vt proprii arbitrij viribus non peccet, hoc est, etiam non simul & semel peccet, occidit, furatur, mentitur, scortatur: tamen vt non aut hoc aut illud. Atque hoc illi satis est, ad eneruandas Arbitrij liberi vires, quas Papistæ nimium extollunt, dum indifferentes esse volunt ad malum & bonum.

XII. Ad secundam rationem de Corruptione naturæ, respondet expius Caluini doctrina dupliciter. Primum: Quum concedat, si peccata oriuntur ex corruptione nobis à Deo concreta, iustam nos habituros excusationem apud Deum, tanquam criminum nostrorum autorem. Tamen Institutionis libri 3. c. 23. scribit, peccatum primi hominis, ex quo corruptio naturæ orta est, esse ex decreto Dei eiusque inuitabili voluntate commissum. Ergo inquit Bellarminus, habemus excusationem apud Deum, si ex corruptione, in quam ex eius decreto incidimus, & non ex nostra libera voluntate, peccamus.

XIII. Imo, inquam, non habemus. Neque enim verum in eam corruptionem deuenisse hominem ex Dei decreto, non ex sua libera voluntate. Ex Dei decreto, verum. At non ex sua libera voluntate, falsum. Neque ita vnquam Caluinus docuit. Contra potius hoc ipso loco, vnde hæc ratio sumpta est, Vnde enim, inquit, ista quam improbi libenter prætexerunt impotentia, nisi quod Adam vltro se diaboli tyrannidi addidit? Tum altero illo capite 20. tertij, Cadit homo, Dei prouidentia sic ordinante: sed suo vitio cadit. Paraphrasi 8. Et post, Vnde ergo illa homini prauitas, vt à Deo suo deficiat? Ne excusatione esse putaretur, elogio suo approbauerat Deus, quod perfectum erat à seipso. Propria ergo malitia, quam acceperat à Domino puram naturam corruptit. Hæc Caluinus, non vt Bellarminus, ex decreto Dei, non ex libera voluntate, sed ex decreto Dei, & ex libera voluntate. Hoc autem qui potuit, docuimus præcedenti libro. Quare etsi verum sit, iustam fore excusationem, si Deus hominem corruptum, creasset: tamen falsum, iustam etiam esse, quia ex decreto Dei peccat. Ratio differentia: quia creatio illa voluntatem prorsus tolleret: quomodo nulla sua voluntate homo est bipes, aut distinctus in membra. At decretum non tollit: sed subordinat.

XIV. Altera responsio Bellarmini ad secundam Caluini rationem. Naturæ corruptio ex doctrina Caluini, est ipsum originale peccatum. At peccatum originale dimissum est in Baptismo, vel vt non sit iuxta Papistarum doctrinam: vel vt non imputetur iuxta veritatem. Ergo neque peccata illa, quæ ex ea corruptione nascuntur, imputari poterunt, nisi a cedat noua causa imputandi: nempe, vt fiant libera voluntate, ita vt vitari possint.

XV. Nihil potuit frigidius. Non poterunt imputari. Atqui inquam, hæc nunc nulla quæstio est. Sed vtrum vitari possint solis arbitrij viribus. Non sequitur autem, si imputari non possint, nulla esse. Etsi imputari non posse, nemo dixit: nullum enim peccatum est, quod non possit imputari: alioquin peccatum id ipsum non esset. Tantum non imputari certum: non quia non possit: sed quia nolit Deus. Vera ergo sententia: quia peccatum originale sic remittitur, vt tamen insit ei ipsi cui remittitur, vt alias disputabimus: ideo vitari non posse peccata solis arbitrij viribus. Quanquam si possent vitari ab eo cui remissum est originale: id tamen longe esset ab hac quæstione. Nam quia non remittuntur peccata, nisi per gratiam. Ergo is, cui remissum est originale, consequutus est gratiam. Itaque si vitat peccata, ne suis id viribus tribuat, sed gratia.

XVI. Addit tertiam responsionem autor Epitomes Bellarminianæ. Quanto inclinatio corrupta, maior est, siue magis præualet in subiecto: tantum de voluntario minuit. Ergo si omnino est necessaria, vnde decumque tandem sit, omnino tollit voluntarium actum. Ergo talis actus peccatum non erit. Alioquin ebrius, & amentes peccarent.

XVII. Atqui negatur prima propositio. Nec certe verum hæc corruptam inclinationem quæquam minuere de voluntario: alioquin esset extrinsecus

voluntati. At est potius intrinsecus: quia ipsa se voluntas corrumpit. Itaque eleganter Bernardus libro de Gratia, & Libero arbitrio, Humana voluntatis consensus sponte deuolutus in malum, in malo nihilominus, tam liberum quam spontaneum constituit, sua vtrique voluntate ductum, nec aliunde coactum, vt malus sit. Et sicut cælestis Angelus, aut etiam Deus ipse permanet libere bonus propria videlicet voluntate, non aliqua extrinsecus necessitate: sic profecto diabolus æque libere in malum & corrumpit, & persistit: suo vtrique voluntario nutu, non alieno impulsu. Manet ergo libertas voluntatis, vbi etiam sit captiuitas mentis, tam plena qui em in malis, quam & in bonis: sed in bonis ordinatur. Et post, Quid ergo? Frie dissoluta est tota superior assertio de libertate voluntatis: quia nimirum inuenta est cogi potuisse voluntas? Est plane: sed si cogi ab alio potuit, quam seipsa. Quod si se ipsa cogit: compulsus, & compellens, vbi amittere, vbi recipere visa est voluntatem. Et prolixius homil. 81. in Cantic. quam paulo post sumus citaturi. Quod sita est, certe is actus, etsi omnino sit necessarius, dum tamen sit omnino voluntarius, id est, a voluntate ipsa seipsam cogente erit peccatum. Quod in ebriis, & amentibus, est aliter: quia voluntas non ipsa seipsam cogit: sed aliunde cogitur, nimirum à vino, & morbo.

XVIII. At tertiam rationem Caluini de peccatis Dæmonum, responderit illud, Dæmones necessario semper male agunt, verum esse in genere, eos non posse nisi male agere: at falsum in particulari, omnia quæ faciunt mala, si los necessario facere: possent enim multa non facere, quæ faciunt: & ideo non necessitate, sed voluntate peccata committunt.

XIX. Verum effugere non potest. Nam certe, si nullum necessarium sit peccatum, vt supponit argumentum propositum: Ergo Dæmonum nullum erit peccatum. Quia illi necessario malum faciunt: hoc est, ita, vt non possint bonum. Quid tum autem, si hoc illud libere faciunt? At neutrum bene. Et hoc peccatum est. Nam ipsa actio nulla peccatum est: & eo peccatum dicitur, non quia sit: sed quia male sit. Nam alioquin Deus esset autor peccati: quia omnis actio, quatenus simpliciter actio est, non potest esse, nisi ab eo tanquam à prima causa, mouente proximam: Nec ratio diuersa est in Dæmonibus, & hominibus: qui vtrique subsunt prouidentia diuinæ: de qua tamen nunc nullus sermo est. Breuiter, quantum ad gratiam spectat, de qua nunc agimus, potest liberum arbitrium suis viribus, hoc illud agere: etsi alioquin obnoxium prouidentia motibus, quæ non destruit naturas causarum secundarum: sed quicquid velit, non potest tamen id velle, non male: ac male proinde necessario peccat.

XX. Ad quartam ex Bernardo, respondet, hominem peccatorem, dum in eo regnat cupiditas, non posse vitare peccatum: absolute autem posse, quia potest cum Dei adiutorio cupiditatem exsuere, & induere caritatem. Hic ego primo quæror de fide Bellarmini: qui Bernardum à Caluino citatum induxit in hæc verba: hominem post peccatum non posse vitare alia peccata: & tamen vere, proprieque peccare. Atqui hæc nulla sunt Bernardi verba imo ne sensus quidem. Caluinus nō citat *ἀντιλέγον*, sed sensum tamen tenuerat, Bernardus, inquebat, *scite docet, nos ideo miseros esse, quod voluntaria est necessitas: quæ tamen, nos sibi addictos ita constringit, vt serui simus peccati.* En tibi sinceritatem Iesuiticam! En tibi virum dignum, qui cum in tenebris mices!

XXI. Placet ipsum audire Bernardum: antequam video quid Bellarminus nugeat. Nam ille certe hac parte mirus est homil. 81. in Cant. *Homine, interueniente peccato, patitur quandam vim & ipse: sed à voluntate, non à natura: vt ne sic quidem ingenita libertate priuatur.* Quod enim voluntarium, & liberum, & quidem peccato factum est, vt corpus, quod corrumpitur, aggrauet animam sed amore, non mole. Nam quod surgere anima per se iam non potest, quæ per se cadere potuit, voluntas in causa est: quæ corrupti corporis vitio ac vitioso amore languescens, & iacens, amorem pariter iustitia non admittit. Ita nescio quo prauo, & miro modo, ipsa sibi voluntas peccato quidem in deterius mutata, necessitatem facit: vt nec necessitas cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem, nec voluntas, cum sit illicta, excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodammodo voluntaria. Et favorabilis vis quædam premendo blandiens, & blandiendo premens, vnde sese rea voluntas, vbi semel peccato consenserit, nec excutere iam per se, nec excusare tamen volatenu de ratione queat. Vnde querula illa vox veluti gementis sub onere necessitatis huius: Domine, inquit, vim patior responde pro me. Sed rursus sciens, quod non iuste causaretur aduersus Dominum, cum voluntas sua ipsius potius in causa foret, attende quid secutus intulerit. Quid dicam? aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim. Premebatur inigo, non alio tamen quam voluntaria cuiusdam seruitutis: & erat pro seruitute quidem miserabilis, sed pro voluntate inexcusabilis. Voluntas enim est, quæ se, cum esset libera, seruam fecit peccati, peccato assentiendo: voluntas nihilominus est, quæ se sub peccato tenet, voluntarie seruando. Et post pauca, Anima, miro quodam, & malo modo, sub hac voluntaria quædam ac male libera necessitate, & ancilla tenetur. & libera: ancilla propter necessitatem, libera propter voluntatem: & quod magis mirum magisque miserum est, eo rea quo libera, eoq; ancilla quo rea: ac per hoc eo ancilla quo libera. Hæc & alia nonnulla eo sermone Bernardus.

XXII. Quid Bellarminus? Absolute posse vitari peccatum: quia possit cum adiutorio Dei cupiditas exui. Absolute, inquit, quasi nos audisset asserentes, nullo modo vitari posse peccatum: quomodo bouem volare, aut lapidem fieri musicum. Imo quæstio est, Vtrum suis viribus Liberum sit arbitrium æque in bonum, & malum. Non igitur absolute, vtrum possit: sed limitate, vtrum possit suis viribus. Hoc negat Caluinus: tum alias ob causas, tum quia liberum arbitrium necessario peccat: Si addas adiutorium Dei, id est, gratiam: fatebitur vitari posse peccatum: imo in eum finem dari gratiam, vt vitetur peccatum. Sed quandiu ea gratia non datur, ita seruum esse peccati liberum arbitrium, vt necessitate feratur ad peccandum: ac proinde certum, non sequi: si sit necessarium, ergo non esse peccatum. Itaque nihil prius responsum est à Bellarmino.

XXIII. Quinta ratio erat ab Aristotele, docente sponte fieri malum hominē, sed deinceps esse necessario malum. Vnde Caluinus concludebat, non esse

esse consequi non esse ad... Est autem, pellice: tan non cogant. bertatem ar... fultime, accu... XXV. Q... Itaque fallit fallum. Quo incedere se... seipere: sed... antea violat... fto est. Calu... bus sui arbit... et, & in... 3. atri... pterea quod i... non licet. In... XXV. R... bini statuat... fto asseritur... ad eam quæ... non esse om... necessarium... nus, & in... ni, vt necesse... ftoles asser... esse. Sunt igit... iustitiam, quid... XXVI. S... est peccatum... Ergo aliquo... futione pec... definitione... tium. XXVII. M... definitione p... cellatum, h... Nam quia e... quam non... rem.

esse consequens: necessarium est; ergo non peccatū. Bellarminus respondet non esse ad rem. Loqui n. Philosophum de habitu vitij, se autem de actu. Et si autem, qui malum habitum contraxit, non possit illum continuo expellere: tamen posse actum malum non exercere, cum habitus inclinet non cogant. Deinde, qui sit, ut ab Aristotele Calvinus subsidium contra libertatem arbitrij postulet, qui tamen, Ethicorum, eam libertatem studiosissime, accuratissimeque defenderit?

XXIV. Quasi, inquam, ea corruptio quæ est in homine, non sit habitus. Itaque fallit Bellarminus, cum dicit controuersiam esse de actu. Hoc enim falsum. Quæstio est de habitu. Quomodo si quis de Loricæ quærat, an incedere possit non vitiose. Respondetur, posse hoc aut illud iter non suscipere: sed si suscipiat, non posse ambulare, nisi distorte. Ita omnino per liberum arbitrium potuit, non violare concubinas patris, Absalom: quas nec antea violauerat. Sed si ponamus vitauisse, utrum non peccasset, hæc quæstio est. Calvinus affirmat, etiam si vitasset, tamen peccatum fuisse, ex viribus sui arbitrij: Nec aliter potuisse. Quomodo Aristoteles dicebat, τὸ ἀδίκον, ὅτι τὸ ἀδικεῖν ἐστὶν ἀρετῆς ἀλλοτρίου, καὶ οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. In iustis ac libidinosis initio ab his vitis declinare licuit: propterea quod in eorum erant potestate: at posteaquam huiusmodi extiterunt, iam non licet. Interpres Peronius.

XXV. Recte ergo inductus Aristoteles. Nam quod idem libertatem arbitrij statuat, quid tum? Ne Calvinus quidem abolet: nisi quatenus à Sophistis asseritur æque in bonum, & malum. Deinde non inducitur à Caluino ad eam quæstionem: sed tantum, ut ostendat etiam Aristoteli suboleuisse, non esse omne necessarium non vitiosum. Hoc vero nihil certius. Nam id necessarium est, quod esse non potest aliter. Apud Aristotelem, inquit Calvinus, τὸ ὀφείλον, ἢ τὸ δεῖν, necessitati semper opponitur. Atque, id dicitur sensus communis, ut necessarium censeatur, quicquid sic esse oportet, nec aliter esse potest. At Aristoteles asserit iniustos postquam vitio tales esse caperint, non posse non esse. Sunt igitur necessario iniusti, post illam primam corruptionem. Et si iniusti, quid? num non peccatores? Respondeant Iesuitæ.

XXVI. Superest ratio sexta ex Bucero, & Chemnitio. Omnis ἀνομία est peccatum. Ergo, aut nullum necessarium est ἀνομία. Aut si est aliquid. Ergo aliquid necessarium est peccatum. Respondet Bellarminus. In definitione peccati virtute contineri liberum arbitrium. Quia lex, quæ in ea definitione manifeste ponitur, non datur, nisi iis qui liberum gerunt arbitrium.

XXVII. Nugæ, inquam, meræ nugæ. Non enim hoc quæritur, utrum definitione peccati includatur liberum arbitrium: sed utrum aliquid necessarium sit ἀνομία. Aut taceat Iesuita: aut hoc ipsum affirmet, negetue. Nam quia etiam libero arbitrio euicimus accidere posse necessitatem aliquam: non sequitur statim, nominato arbitrio, fugari omnem necessitatem.

CAP. III.

De Præmiis, & Pœnis.

I. Papistarum argumentum secundum Bellarminus ita proponit. Si non sit in homine libertas arbitrij, nullus erit pœnæ, aut præmio locus: hoc autem communi totius humani generis consensu, sensuque refellitur. Quamquam Calvinus non libertatem, sed liberam arbitrij electionem dixerat: de qua etiam quæstio est.

II. Respondebat Calvinus, primo fuisse hanc quidam argumentationem ab Hieronymo, & Chrysostomo alicubi usurpatam: & fuisse tamen familiarem Pelagianis: Bellarminus contra loquentem inducit, fuisse familiarem Hieronymo, & Chrysostomo, à Pelagianis aliquando usurpatam: En fidem Secundo pœnas iure irrogari, à quibus peccati culpa emanat. Quid enim refert, liberone iudicio, an seruilii, modo voluntaria cupiditate peccatur? Tertio, nullam absurditatem esse, si fateamur præmia ex Dei benignitate potius quam propriis meritis dependere: & Augustinum multis locis testem citat.

III. Contra primum Bellarminus instat tripliciter. Primo, si propterea censendi Papistæ essent in Pelagianis, quoniam eodem vtantur, cum iis argumento. Ergo Calvinus in Manichæis, quoniam quo argumento Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus contra Manichæos vsi sunt: eodem & Papistæ contra Calvinum. Secundo, Hieronymum & Chrysostomum, vel idem probare voluisse cum Pelagianis, vel diuersum. Si diuersum, ergo neque eodem argumento vsos. Neque enim fieri posse, ut homines non stulti, idem argumentum adhibeant ad res diuersas. Sin autem idem: ergo idem Hieronymum sensisse, & Pelagium: cum tamen ille contra Pelagianos scripserit. Tertio, ex eodem principio quidem argumentum duxisse, tum Patres, tum Pelagium: sed diuersa ratione. Illos ad probandum liberum arbitrium: hos ad impugnamdam gratiam.

IV. Atqui ad primum reperenda est Caluini protestatio ex primo argumento, itidem mutuato à Pelagianis. Negabat enim se velle Papistas Pelagij nomine prægrauare, donec de re ipsa satisfactum à se fuisset. Non igitur ex eo quod hoc argumento Papistæ cum Pelagianis vtuntur: idcirco statim Papistas concludebat esse Pelagianos. Deinde consequentia est inepta, ab eo quod ipsi Papistæ faciunt, ad id quod contra nos illi. Non sequitur, si quid cum Pelagianis habent commune Papistæ, quia habeant argumenta communia: ideo nos esse Manichæos Veteres. Quis enim qualisue quisque sit in fide, arguitur ex propriis, non alienis dictis: addo etiam hostilibus. Nam aduersus propria, nulla est exceptio. Est autem multa, & certa aduersus aliena: & quidem, ut dixi, hostilia, quia verus dictum, ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίου ἀρετῆς ἐστὶν ἐξ ἑστέου.

V. Ad secundum Dilemma, vel non est necessarium: vel in altero membro, homonymia est. Nam debuit concipi, vel idem, vel simile, vel contrarium. Quamquam fateor similia & contraria posse sub diuersis contineri. At distincta oportuit. Respondeo igitur Hieronymum & Chrysostomum, non videri idem dicere cum Pelagianis: et si alioquin non raro durius loquantur, quam probari possint, nisi habeant commodos interpre-

tes. Et sane post Pelagianorum exortum longe cautius constat esse loquutos Catholicos.

VI. Simile autem quid dixisse omnino certum. Nam contra Manichæos controuersia erat de Libero arbitrio, aliter quidem quam contra Pelagianos: sed tamen de Libero arbitrio semper: quod Manichæi pro rus extinguerebant: cum ab ipsa conditione humanæ naturæ bonum, malumve esse dicerent. Quod non erat tolerandum. At Pelagiani idem liberum arbitrium statuentes, gratiam negabant. Si igitur aptum fuit id argumentum ad liberum arbitrium statuendum: tum certe Pelagianos nihil mirum est eo vsos esse. Facilis ergo dilemmatis dissolutio. Concedimus non sensisse idem cum Pelagianis: quia et si liberum arbitrium statuerint, tamen non contra gratiam. Diuersum ergo dixisse. Sed si diuersum: ergo non esse vsos eodem argumento: hoc vero non sequitur. Nam quia omne simile est diuersum: & in similibus quæstionibus, nihil obstat, quominus iisdem argumentis locus sit: Ergo in diuersis possunt aliquando argumenta esse communia.

VII. Et hoc ipsum agnoscit in tertio Bellarminus, cum fatetur ex eodem principio argumentum duxisse, tum Patres, tum Pelagium: sed illos ad probandum liberum arbitrium, hos ad impugnamdam gratiam. Sed oblitus est addere, ab istis gratiam fuisse impugnamdam prætextu liberi arbitrij. Hoc enim in Catholicis ferre non poterant: quod negaretur homo ad bonum ferri, nisi adiutorio gratiæ, & contra statuebant, vires arbitrij sufficere. In quo si non sunt idem cum Papistis: certe similes sunt. Nam, & Papistæ contra quos nunc disputatio est, & nominatum Pighius, qui cum erat Caluino negotium, docent in nobis positum, obediunt præcipienti Deo, vel non, hominem in sua potestate habere, recte, & secus viuere. Itaque cum agnoscamus hoc ipsum argumentum inuictum fuisse in ore Catholicorum contra Manichæos, sic ineptum ac plane elumbescentius in ore Pelagianorum & Papistarum contra Catholicos.

VIII. Contra secundum Caluini responsum, quo statuitur, merito pœnas irrogari iis à quibus culpa emanat, nec interesse libero. ne an seruilii iudicio peccetur, dummodo voluntaria cupiditate: opponit Bellarminus, primo Calvinum petere principium: assumere enim, quod probare debuisset, culpam videlicet in nobis residere, & à nobis promanare, etiam si necessitate adacti operemur: nec peccatum vlla ratione vitare possimus. Secundo, tantum referre inter eum, qui libero, & eum qui seruilii iudicio peccat, quantum inter hominem, & pecudem. Nam voluntarium, siue spontaneum completitur liberum, & non liberum: quemadmodum animal completitur hominem, & pecudem.

IX. At ego in primo, miror Bellarmini solertiam, fidem etiam desidero. Solertiam, quæ in respondente arguat petitionem principij, obijcienti propriam. Quis enim nescit respondentem hæere suæ thæsi, quam obijciens impugnat. At hoc modo si nos Bellarminum censeamus, vix paginam inueniamus hoc vitio carentem. In hac ipsa controuersia capite vigesimo nono, cum sibi opponitur palmes, qui non potest à semetipso fructum ferre: respondet hominem, quia sit palmes rationalis, posse per liberum arbitrium, cum est in vite, ab illa sponte recedere, & præcisum, eadem inferi adiuuante agricola. Quæ tamen quæstio est, quam ipse sibi disputandam proposuit: bene an male, nunc non inquiri: sed tamen proposuit. Petiitne ergo principium? Sexcenta sunt huiusmodi.

X. Iam vero quis non fidem desideret, cum audit velle à Caluino probari, culpam à nobis esse etiam si necessitate adacti operemur: nec peccatum vlla ratione vitare possimus? Hoc vero Calvinum probare: Imo Manichæis relinquit. Nam peccatum vitari posse aliquo modo, id est, per gratiam, ipse docuit neruosisime. Necessitate autem adactos homines operari non dixit, sed tantum male operari: & quidem non quavis necessitate: nam excipit naturam & coactionem, sed illa necessitate, quæ est à seruitute peccati.

XI. Secundum, si verum est: tum nihil distat vllus hominum à pecude. Nam seruum esse omnium iudicium, tum Scriptura docet, tum Patres testantur, seruum, inquam, peccati, non coactionis, non creationis, quod & præcedenti libro vidimus: & paulo post videbimus. Quod si absurdum ergo necessario discrimen constituendum, ut Calvinus voluit. Error Bellarmini primus in eo est, quod voluntarium, & spontaneum pro eodem accipiat, cum tamen differant. Sæpe enim apud Augustinum, & Bernardum inuenias, ibi libertatem esse, ubi sit voluntas. Si igitur Spontaneum completitur liberum, & non liberum: profecto non est idem spontaneum, & voluntarium. Secundus, quod libertatis & seruitutis varios, siue gradus, siue modos non distinguit. Nam Calvinus libertatem intelligit electionis, & à peccato, seruitutem autem peccati. At Bellarminus libertatem electionis in vtrumque, & seruitutem, vel naturæ, vel coactionis. Omnino verum, eum qui voluntarie peccat, quantumuis seruus sit peccati, reuera peccare: ac proinde pœna esse dignum. Et hac de re Calvinus agit. Omnino verum, si quis spontaneè peccat, & tamen seruus est naturæ (hoc est, habet id ipsum à sua creatione, quomodo coruus nigrorem, ut cogatur inuitus ad peccandum) eum non peccare. Sed hac in re Calvinus nullus est.

XII. Ad tertium: Si nullus sit locus bono merito sine libero arbitrio: neque esse etiam malo merito: quia eadem libertas ad bonum, & malum meritum, ad præmium & pœnam requiritur. Secundo, cum Caluino probandum esset, nulla esse merita humana, etiam adiuuante gratia, ut inde libertatem arbitrij euerteret: tamen probare, nulla bona esse merita sine gratia: hoc autem neminem Papistarum negare. Tertio, rationem debiti, siue id præmium sit, siue pœna, necessario postulare, ut id quod datur, sit proprium. Nam si quis rem non suam, sed alienam donet, nihil ei propterea iure debetur. At nihil est proprium, nisi id cuius domini sumus sumus autem domini eius tantum, quod est in potestate nostra: ita ut dare, vel non dare, facere vel non facere pro arbitrio valeamus.

XIII. Respondeo ad primum, nullum esse locum bono merito sine libero arbitrio: ita capiendum, ut sit arbitrium per se liberum ad bonum, & similit. ter nullum esse locum malo merito, sine arbitrio per se libero ad malum. Iam vero, quia humanum arbitrium per se nullum est liberum ad bonum, sed tantum per gratiam: ideo recte negat Calvinus vllum esse humanum meritum bonum. Sed quia humanum arbitrium per se liberum est ad malum, ideo

ideo non recte negatur malo merito nullum esse locum. Et Bellarminus inconsiderate de utroque idem statuit, cum ut utriusque ratio tam diversa.

XIV. Ad secundum iniuste facere Bellarminum, qui velit à Caluino probari, nulla esse merita humana, et à adiuuante gratia. Quia hic controuersia est de Libero arbitrij viribus. Ab his autem viribus discedit, quicumque de gratia loquitur. Nam si ex gratia, ergo non ex nobis: ad Ephesi. 2. At si ex libero arbitrio: ergo ex nobis. Deinde Controuersia illa de Merito non est huius loci, & attingitur obiter duntaxat à Caluino, atque in obsequium: cui satis esse poterat, si simpliciter negaret esse vllum bonum meritum. Itaque ego consulto, hic plura non addam: tractaturus Deo dante, suo loco prolixè.

XV. In tertio nihil est nouæ difficultatis. Opòrteret dari aliquid proprium. Fateor, inquam, etsi phrasis non sit admodum propria. Sed condonetur, et exegolgia. At nihil est proprium, nisi id cuius domini sumus, nec domini sumus, nisi eius quod possumus facere; & non facere. Imo, inquam, nunc nulla quaestio est, fiatne aliquid, an non? Sed utrum fiat, bene vel male. Porro neminem à natura sua corrupta, & ex solis arbitrij viribus posse bene, vel male facere. Itaque hoc sensum nullum esse dominum suarum actionum. Hoc, inquam sensu, ut aequè possit bene vel male. Itaque vel dominium illud aliter interpretandum; ut simpliciter actionem respiciat, non qualitatem actionis, vel si non aliter, saltem fatendum aliquid nostrum esse, cuius non sumus sic domini. Nam velle malum, à corruptione esse, Augustinus & Bernardus docere: eam autem corruptionem esse captiuitatem arbitrij liberi: esse ei necessitatem quandam: ut non possit ex se aliter velle quam malum. Siquid non sumus domini, nisi eius quod possumus facere; & non facere, non possumus autem velle, & non velle malum: sed tantum velle: Ergo ipsius illius velle malum, necesse est nos non esse dominos. Et tamen nostrum illud est, & proprium. Nimirum, quia velle à nobis fit: ex natura liberi arbitrij. Rursus idem docere velle bonum non esse à libero arbitrio. Velle, inquam, bonum: non autem simpliciter velle. Esse autem illud velle bonum à gratia: ac proinde non nostrum proprium. Porro Deus ad pramiam non velle tantum postulat: sed velle bonum: cum igitur hoc sit à gratia, recte Caluinus negabat vllum esse meritum.

CAP. IV.

Vnde fit discrimin bonorum, & malorum.

I. Tertium argumentum Papistarum: fufius proponit Bellarminus, quam erat conceptum à Caluino. Si non esset in homine libertas arbitrij, (intellige, ut semper, indifferens ad bonum malumve) non essent alij boni, alij mali: sed omnes boni, aut omnes mali: & si essent omnes boni, non essent alij alijs meliores, sed omnes aequè boni: & si essent omnes mali, non essent alij alijs peiores, sed omnes aequè mali. Id autem falsum esse tam aperte experientia docet, ut nulla ratione negari possit.

II. Caluinus primo agnoscit sumptum à Chrysofomi homilia 22. in Genesin. Nec longe abesse ab eo autorem librorum de Vocatione Gentium, quem olim Ambrosio, nunc Prospero assignant docti. Eum enim capite quarto libri secundi, ratiocinari, neminem vnquam à fide fuisse recessurum, nisi mutabilitatis conditionem Dei gratia nobis relinqueret. Porro hac parte tantos viros sibi excidisse. Secundo, discrimen huiusmodi, ut in hominibus non omnes sint mali, sed quidam boni, venire ab electione Dei. Nam Paulum docere omnes simul prauos esse ac malitiae deditos: sed misericordia Dei fieri, ne omnes in prauitate permanent: eandemque esse rationem perseuerantiae, ac defectionis: Esse enim perseuerantiam Dei donum, quod non omnibus promiscue largiatur, sed quibus visum sit impertiat. Alios igitur perseuerare, quia sua virtute roboratos sustineat Dominus, alios deficere, quibus non administrat tantam virtutem.

III. In primo instat Bellarminus, male se Chrysofomum, & Prosperum audire, quam Caluinus: praefertim, cum idem scribat Augustinus de Spiritu & Litera, c. 44.

IV. At neq; Caluinus postulauit vnquam, ut sibi potius quam illis deferretur. Sed tantum, ut ne nominum autoritas, rei veritati prauiudicium faceret. Sane vero, si nihil Caluinus habet, quod merito tantis viris obiciat: & sola sint personarum comparanda nomina: nunquam aegre ferat Caluinus sibi tantos viros praeferrì. Sed vicissim, si pro Caluino stet certa veritas: profecto, ne illi quidem si reuiscerent tanti viri, nolent sibi veritate longe praeponi. Quin & Papistae alias, cum discedunt à Veteribus, non patiuntur sibi eorum nomine praescribi: qui tamen sese Patrum obseruatores maximos iactant. Eam libertatem quis Caluino inuidet? Augustini locum cum legere, miratus sum nihil occurrere, quale Bellarminus adnotauit.

V. Ad secundum instat tripliciter. Primo, electionem diuinam, ut homines faciat bonos praerequirere in illis arbitrij libertatem. Alioquin etiam infantes, & furiosos, imò etiam boues, & equos posse fieri moraliter bonos: si libertas arbitrij ad moralem bonitatem non requireretur. Et hoc sensu Bernardum scripsisse; sine altero horum salutem non perfici: nempe, si nullum sit liberum arbitrium, non esse quod saluetur: si non sit gratia, non esse vnde saluetur. Secundo, cur inter malos alij sint alijs deteriores. non posse causam referri ad electionem: cum illa non faciat, sed finat esse malos. Tertio, quod inter homines alij proficiant in dies, & perseuerent vsque in finem, alij deficiant, & misere cadant, ac pereant, non posse reddi rationem, nisi sit liberum arbitrium: nam electionem nullam esse causam cadendi: neque Deum quenquam deferere, nisi prius ab illo deferatur.

VI. Ego ad primum, fateor praerequiri liberum arbitrium. Sed, in quo fiat discrimin, non à quo fiat, ac propterea eo liberum, ut possit mutari à bono in malum: non vero, quod seipsum possit mutare: quae nostra controuersia est. Alioquin electio non pertineret ad infantes, quos carere vsu liberi arbitrij certum. Et tamen Paulus 9. ad Roman. ostendit vim electionis, & reprobationis, in Iacob, & Esau, consistentibus adhuc in vtero. Neque alio sensu Bernardum scripsisse. En locum, Tolle liberum arbitrium, non erit quod saluetur: tolle gratiam, non erit vnde saluetur. Opus hoc sine duobus

effici non potest, vno à quo fit, altero cui vel in quo fit, Deus autor est salutis, liberum arbitrium tantum capax. Non potuit disertius, cum totam efficientiam salutis Deo tribuat soli, capacitatem autem, id est, potentiam passivam, libero arbitrio itaque obiecto à bobus & equis facile dissoluitur. Nam, etsi hi non possint fieri moraliter boni, quia carent libeto arbitrio: tamen non sequitur homines arbitrij liberi viribus posse fieri bonos è malis. Nam illi, sicut non habent potentiam passivam, ut possint fieri moraliter boni: sic isti non habent potentiam actiuam, ut possint ipsi seipsos, & cere bonos, sed tantum passivam, ut possint fieri à Deo boni.

VII. Ad secundum, fateor electionem non esse causam, & alij alijs sint deteriores. Sed nego sequi, liberi arbitrij viribus distingui bonos à malis, quae est quaestio. Cum autem arbitrium sit liberum ad malum, tum facile potest in peius proficere, etsi non sit liberum ad bonum. Nam haec libertas eo pertineret, ut fierent alij alijs meliores. At nunc quaeritur hac parte tantum, quomodo fiunt deteriores.

VIII. Ad tertium, fateor non posse reddi rationem; cur quidam deficiant, quidam perseuerent, nisi postatur liberum arbitrium. Sed nego propterea ponendum indifferens, siue aequè potens in bonum, & in malum. Ut enim quidam deficiat, sit libero arbitrio in malum, ut autem perseuerent alij, sit non liberi arbitrij viribus: sed gratia, arbitrium, & liberante à malo, & in libertate confirmante.

IX. Horantius dat instantiam ab exemplo Adami, quem prius bonum, & post peccatorem, sola discreuerit liberae electionis facultas, tunc nihilominus salua diuina electione. Siquid inquit, diuina electio optime stabat cum libertate hominis non lapsi, quid nunc noui subortum est, quominus non tam ad Dei propositum, quam ad liberam hominis facultatem, pro tanto inter bonos & malos discrimine, recurramus?

X. Respondeo, primo aliud probari, aliud concludi. Nam cum in argumento hoc tantum ponatur, optime stare cum electione libertatem hominis: tum in conclusione inferri, pro discrimine bonorum & malorum recurrendum, non tam ad electionem, quam ad liberam hominis facultatem. Atqui haec longe sunt diuersa. Nam & nos etiam post peccatum censemus optime conuenire electionem cum arbitrij libertate: & tamen veram causam eius discriminis esse ab electione diuina. Secundo, exemplum est in egypto. Nam in argumento proposito quaerebatur, vnde essent homines, alij boni, alij mali. At hic, vnde idem primo bonus fuerit, deinde malus. Quia in re electio nulla esse potest: quia haec est vnus ex pluribus. Tertio, alia ratio est initij, cum factus est homo, postea corruptus: alia posteritatis, quae ab eo initio nata est corrupta, & quidem tantum corrupta.

CAP. V.

De Laudibus, & Vituperationibus, Praeceptis, Monitijs, Consilijs, & similibus.

I. Quartum Papistarum argumentum: Si tollatur liberum arbitrium ab humano genere in actionibus morum, simul etiam tolli necesse erit cohortationes, obiurgationes, laudes, vituperationes, praeccepta, consilia, monita, & alia id genus. Frustra enim laudes, aut vituperes, admonitas, praecipias, reprehendas, hortaris, si non possunt aliud facere, quam faciunt.

II. Sed Caluinus respondet tripliciter. Primo, similia olim fuisse Augustino obiecta, quibus ut responderet, librum scripsisse de Correctione, & Gratia, vbi, etsi copiose illa diluat, tamen ad hanc summam aduersarios euocare, O homo in praecptione cognosce quid debeat agere, in correctione cognosce tuo te vitio non habere: in oratione, cognosce vnde accipias quod vis habere. Item librum de Spiritu & Litera: vbi, Deum Legis suae praeccepta non humanis viribus metiri doceat: verum vbi iussit, quod repleta sit, gratis dare impledi facultatem suis electis. Secundo, obicit exemplum Christi, & Pauli. Christum dixisse, Sine me nihil potestis facere Ioannis 15. Paulum ad Romano 9. Non esse currentis, nec volentis, sed miserentis Dei. Et ad Corinthios 3. Ne quis plantat esse aliquid, neque qui rigat. Et tamen, tum Christum, tum Paulum, & hortari, & corripere. Nec aliter Moysen, & Prophetas. Tertio, prodesse corceptiones & exhortationes, tum apud reprobos, tum apud electos. Apud illos, ut sint in testimonium, vbi ad Dominum tribunal ventum fuerit: & interea conscientiam illorum verberent, ac feriant. Apud istos vero praecipiam esse utilitatem: quod in iis ita per Spiritum efficaciter Deus agat, ut tamen adhibeat verbi instrumentum, ad inflammandum boni desiderium, ad discutiendum rotiporem, ad eximendam iniquitatis voluptatem & venenatam dulcedinem: imò ad eius odium, & diumque generandum, vno verbo, ad eos praeparandos, ad gratiam recipendam.

III. Bellarminus ex tribus his responsis, duo prima, in vnum confundit, pro sua autoritate. Ego distinguam, ut Caluinus responderet ad primum Augustinum toto eo libro sumere pro certo, eis qui corripuntur, non desse auxilium gratiae, quo possint, si velint, ex correctione proficere, orare, dolere, erubescere, concipere desiderium vitae melioris. Secundo eum librum fuisse eodem tempore compositum, cum libro de Gratia, & Libero arbitrio, Epistolaque 46. Porro in ea Epistola Augustinum uti hoc ipso Papistarum argumento, Nisi esset, inquit, Liberum voluntatis arbitrium, non diceretur in Psalmo, Intelligite insipientes in populo & stulti aliquando sapite. Quibus verbis similia multa habet capite secundo de Gratia & Libero arbitrio. Non est autem credibile, Augustinum in libro de Correctione & Gratia, destruere, quae alibi scriberet ad eundem Valentinum, eodemque fere tempore.

IV. Recito locum, tum Bellarminum videro, Non se fallant, qui dicunt, ut quid nobis predicatur, atq; praecipitur, ut declinemus à malo, & faciamus bonum si hoc nos non agimus: sed id velle, & operari, operatur Deus in nobis. Sed potius intelligant, si filij Dei sunt, Spiritu Dei se agi, ut quod agendum est, agant, & cum egerint, illi à quo aguntur gratias agant. Aguntur n. ut agant, non ut ipsi nihil agant: & hoc eis ostenditur, quid agere debeant. ut, quando id agunt, sicut agendum est, id est, cum dilectione, & delectatione iustitiae, suauit atq; quam aedit Dominus, ut terra eius daret fructum suum, accipi se gaudeat. Quando autem non agunt, suis omnino

omnino non faciendo, siue non ex charitate faciendo, orent, ut quod nondum habent, accipiant. Quid enim habebunt, quod non accepturi sunt, aut, quid habent, quod non acceperunt: Ergo, inquam, precipiant tantummodo nobis, quid facere debeamus; qui nobis presunt, & ut faciamus, orent pro nobis, non autem nos corripiant, & arguant, si non fecerimus. Imo omnia fiant, quoniam doctores Ecclesiarum Apostoli omnia faciebant: & precipiebant qua fierent, & corripiebant, si non fierent, & orabant ut fierent. Et paulo post, O homo in preceptione, cognosce quid debeat habere. Et reliqua, quae Caluinus recitauit. Adde, quod iam indicauit Caluinus, ex de Spiritu & Litera, cap. 29. Ideo proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, uiuet in illa, ut cum quisque infirmitatem suam cognouerit, non per suis vires, neque per literam ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificationem, perueniat, & faciat, & uiuat in ea.

V. Redeo ad Bellarminum: Supponit Augustinus, inquit, non deesse auxilium gratiae, ut possint ex correptione proficere. Quid hoc ad rem, inquam? Quae ratio est, Vtrum liberum arbitrium sit ad bonum malumque indifferens, siue utrumque habeat in sua potestate. Pelagiani obiciebant, Si non sit indifferens: Ergo inutiles esse praecipiones, correptiones, orationes. Negat consequentiam Augustinus, & assignat utilitates: nempe has praecipiones ostendunt, quid debeamus: reprehensiones, quid non habeamus, orationes, unde habere possimus. Hinc conficitur, non sequi, quia praecipiones nobis dantur, aut corripimur, aut orare iubemur: ideo statui arbitrium liberum habere in sua potestate bonum praestare. Hic vero optem Bellarminum audire docentem, quomodo ad confirmandam illam consequentiam, siue olim Pelagianorum, siue nunc Papistarum, pertineat haec suppositio adiutorii gratiae. Imo sic confirmatur solutio. Nam adiutorium gratiae, si supponendum est: tum significatur esse necessarium. Quod si est, tum omnino fallum, habere in sua potestate liberum arbitrium, utrumuis. Nam neque qui decumbit infirmus, dicitur habere in sua potestate surgere, quia eget auxilio subleuantis, est cum hoc auxilio, non tantum possit surgere: sed etiam actu surgat.

VI. Quod autem addit ex libro de Gratia & Libero arbitrio: item ex Epistola quadragesima sexta, quid habet momenti? Vt utur hoc eodem argumento. Quid tum? An ad idem probandum, quod Pelagiani, quod Papistae: nimirum habere quemque in sua potestate bene viuere, vel secus: Minime vero. Quid igitur? ut probet liberum arbitrium. Omnino, inquam, & recte. Nam & nos esse concedimus. Sed debuit Bellarminus aduertere, Augustino cum duplici hominum genere fuisse negotium, & quidem Monachorum, quorum alij sic gratiam statuebant, ut negarent liberum arbitrium, alij sic statuebant liberum arbitrium, ut gratiam conuellerent. Aduersus utrosque docet, & liberum arbitrium retinendum, & tamen gratiam stabilendam: hoc nimirum sensu, ut illud absque hac nihil possit boni.

VII. Verba audi: ex Epistola 46. Proinde librum, vel Epistolam meam, quam secum ad vos supradicti attulerunt, secundum hanc fidem intelligite, ut neque negetis Dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, ut a Dei gratia separetis; tanquam sine illa, vel cogitare aliquid, vel agere secundum Deum nulla ratione possimus, quod omnino non possumus. Et habere quisquam dicat in sua potestate, quod Augustinus negat omnino posse; Epistola 47. est etiam ad eundem, de eadem re, & quod urget Bellarminus, eodem tempore, adde per eosdem tabellarios scripta, Boni vero etiam ipsi quidem, non solum secundum sua bona voluntatis merita praemium consequuntur: sed etiam ipsam bonam voluntatem per Dei gratiam consequuntur. Et rursus, Quamuis ergo potuimus, egimus cum istis, & vestris, & nostris fratribus, ut in fide sana Catholica perseverarent: quis neque liberum arbitrium negat, siue in vitam malam, siue in bonam, neque tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, siue ut ex malo conuertatur in bonum, siue ut in bono perseveranter proficiat, siue ut ad bonum sempiternum perueniat.

VIII. Quid plura? non tantum Epistola 46. potuit hoc argumentum Bellarminus obseruare. Sed etiam ista 47. Cur non indicauit? Ne vna solutionem indicaret. Audi argumentum. In his verbis (recitabat ex 4. Prouerbiolum) sancta Scriptura considerate fratres, qui a si non esset liberum arbitrium, non diceretur: Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige, ne declines in dexteram, neque in sinistram. Sed audi statim quae sequuntur, Et tamen sine Dei gratia, si posset hoc fieri, non posset diceretur, ipse autem rectos faceret cursus tuos, & itinera tua in pace produceret. Et nonnullis interpositis. Sic ergo intellige, quod tibi praecipitur est: rectos cursus fac pedibus tuis, ut noneris cum hoc facias, a Domino Deo tibi praestari, ut hoc facias. Non est igitur in libero arbitrio situm, si aliunde ei praestatur.

IX. Ad secundum, Bellarminus; primo instat iis exemplis Christi & Pauli, liberum arbitrium efficaciter probari. Probat; quia nemo sanus hortatur, corripitue infantes, vel infanos: sed tantum adultos & mentis compotes. Esse autem simile hortari hominem non liberum ad eligendum bonum; & corripere si non eligat: ac si quis hominem in profundum puteum lapsum, hortetur ad exeundum; quum non possit. Secundo, quum legimus, sine me nihil potestis facere, & similia; recte probari inde, Liberum arbitrium egere gratia Dei. At eam gratiam, quae necessaria sit ad faciendum, quod Deus praecipit, nemini deesse.

X. At ego mones iis exemplis non possit probari liberum illud arbitrium habere in sua potestate bonum & malum. Quia ex iis exemplis constat, non tantum moneri, corripitue homines: sed etiam doceri, non esse in iis positum ut bene agant: nisi quantum acceperint a gratia. Et addo eadem responsione ad idem argumentum, vsum esse Prosperum Epistol. ad Rufin. Dicitur ergo autem libero arbitrio ventibus, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quoniam mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est; & onus meum leue. Quod ad omnes homines volunt pertinere, laborantes in incerto istius vitae, oneratosque peccatis: ut qui voluerint mansuetudinem & humilitatem Saluatoris imitari, & iugum mandatorum eius subire, inueniant requiem animabus suis in spe vite aeternae. Qui autem hac facere noluerint, sua culpa careant salute: quam si voluissent, poterint obtinere. Sed audiant & dictum a Domino, libero arbitrio ventibus: Sine me nihil potestis facere: & Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum: & Sicut Pater viuificat mortuos, ita & Filius quos vult viuificat: & Nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius: & cui voluerit & Pater reuelare. Quae omnia cum sint incommuniabilia, & nequeant vlla interpreta-

tione in sensum alium detorqueri, quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, cum in illo gratia Dei affectum credendi, obediendi, generauerit? Alioquin sufficeret moneri hominem, non etiam in ipso nouam fieri voluntatem: sicut scriptum est, Preparatur voluntas a Domino: & sicut ait Apostolus: Deus est qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bona voluntate.

XI. Non moneri, non corripi infantes, & insanos, a primo audiui Bellarmino: & contra vidi centies. Sed quid ad me? Non enim perinde est nullum vsum habere liberi arbitrij, & habere, sed tantum ad malum; nisi per gratiam. De homine in profundum puteum lapsio, simile, valde est dissimile. Quia qui non potest inde se erigere, vult tamen: ac proinde inuitus in putei profundo residet. At hic nihil huiusmodi. Quia liberum arbitrium ita est in peccati puteum demersum, ut non tantum eo sese deiecerit: sed etiam velit inde non exire. Itaque non bene concepit exemplum Bellarminus, referens hominem qui deiecerit sese, nec possit emergere: quum debuerit addere, ne velle quidem. Nam eos, qui non possunt, etsi velint, fateor forte non solere admoneri. Admonitio enim non dat vires: sed mouet voluntatem. At eum qui sic non potest, ut nec velit, & possit tamen aliunde, quam suis viribus, si velit, hunc moneri debere quis neget? Et ita fit in hoc argumento. Cecidit homo, ipse sese deiciens: inde autem nec vult, nec potest educere sese. Et potest tamen educi per gratiam: itaque iure monetur: quanquam monitus non propterea a se possit. Audi Prosperum contra Collatorem, Docet ergo, non posse quidem hominem per semetipsum apprehendere sanitatem: sed habere eum a semetipso desiderium sanitatis: & sua tantum sponte venire ad Medicum: non etiam hoc ipsum medici esse, quod veniat. Quasi vero anima ipsa non langueat: & corpori suo remedium sana prospiciat. At quis totus homo ex ipsa & cum ipsa in profundum miseris sua decidit: vbi eam, prius quam a medico notitiam sua calamitatis accipiat, iacere delectat, amantem errorem suos, & amplectentem falsa pro veris. Cuius salus prima est, ut sibi incipiat displicere, & vetustatem sua debilitatis odisse. Sequens vero est, ut & sanari desideret, & a quo sananda sit, nouerit. Quae curationem ipsius sic praecedunt, ut et ab illo, qui eam curaturus sit, inferantur.

XII. Recte concludi liberum arbitrium egere gratia Dei: nimis dilatum est. Nam egere etiam is dicitur, qui quum possit per se, tamen difficile possit: & hoc modo Pelagiani non contabantur agnoscere necessariam esse gratiam, ut homo, quod per liberum arbitrium poterat, facilius praestaret. Egere etiam is dicitur, qui etsi solus non possit perficere, tamen adiutus ab alio potest per se inchoare: ut in tollendo graui onere, vnus quilibet sociis eger, a quibus tamen nihil accipit virum: sed tantum omnes in commune conferunt. At Christus dicebat, sine me nihil potestis facere: ut necesse sit non addi nostris viribus vires Christi, sed omnino nobis a Christo suffici vires; alioqui nullas habituris. Quod si denique Bellarminus intelligat ita egere gratia Dei, quomodo qui in grabato iacebat, indigebat viris, qui eum deferrent: Ioannis 5. ut paralyticus ille alter, Marci secundo, opus habuit amicis, a quibus demitteretur de lecto: tum vero pax esto. Nam quid aliud Caluinus? Aut si in re consentimus, quid attinet vel λογισμοι; vel σκευη?

XIII. Sed nemini deesse eam gratiam, quae necessaria sit ad faciendum, quod Deus praecipit: hoc vero non debuit dici a Catholico. Hanc enim gratiam Catholici profitentur dare vires necessariae; siue efficere, ut velimus, & faciamus. Imo Bernardus hoc opus negabat sine duobus effici posse: vno in quo sit, libero scilicet arbitrio: altero a quo sit, videlicet gratia. Quid ergo adesse mihi Bellarminus substituit? An quia sic adest, quomodo baiuli solent, in foro venalem operam promittere; nihilo ipsi robustiores reddentes eos quibus adsunt? At non ita Veteres: imo non ita Catholici: adesse enim dixerunt efficiendo. Itaque sine ea nihil posse liberum arbitrium, hoc est, nisi quatenus in eo illa efficit & velle, & perficere. His autem verbis designatur gratia efficax. At gratiam efficacem omnibus hominibus adesse, quis vnquam dixit? Non certe Bellarminus, qui tantum sufficientem: cap. 1. lib. 2. de Gratia & Libero arbitrio.

XIV. Sed quis non miretur Bellarmini supinitatem; quum ita diceret? Concedit enim locis a Caluino citatis, significari Liberum arbitrium egere gratia Dei. Et tamen eam gratiam, quae necessaria est ad faciendum quod Deus praecipit, omnibus adesse, statim affirmat. Quare, quo sensu hoc postremum? An ut gratiam necessariam ad faciendum quod Deus praecipit, eandem intelligat gratiam, quam ex iis locis doceri concedit libero arbitrio esse necessariam? An vero Αλεξανδρος dixit: ut ex iis locis colligatur certa quaedam gratia necessaria libero arbitrio: ceterum aliam quaedam esse gratiam, necessariam ad faciendum quod Deus praecipit, quae omnibus adest? Nam si Αλεξανδρος; vagatur inconsiderate. Quid tum enim, si alia quaedam gratia adest, quae tamen non ea sit, quae ex iis locis colligitur necessaria libero arbitrio? Nam Caluino quidem sufficit, si probabit, absque ea gratia nihil posse liberum arbitrium.

XV. Sin autem eadem gratia est vtriusque: ergo ea erit, quae significabatur a Christo his verbis. Sine me nihil potestis facere: nam hic vnus est ex locis a Caluino citatis. Haec autem gratia quomodo intelligenda sit, docet contextus. Manete in me, & ego in vobis: Sicut palmet non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: ita nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: is qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: nam absque me nihil potestis facere. Illud ergo sine me, significat, nisi in me manseritis, & ego in vobis. Itaque Theophylactus: ζωεις εν εμοι, inquit, & εγω εν υμιν: & υγι ζωοιτε, & ο υγιονται εν εμοι, & ο υγιονται εν εμοι, & ο υγιονται εν εμοι. Absque ab eo accepta qualitate, & viuificatione, nihil poterunt facere. Augustinus, in Ioannem hom. 81. Ne quisquam dixisset, saltem paruum aliquem fructum posse a semetipso palmitem ferre, quum dixisset, hic fert fructum multum: non ait, quia sine me parum potestis facere: sed, nihil potestis facere. Siue ergo parum siue multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest: quia et si parum attulerit palmet, eum purgat agricola, ut plus afferat. Tame nisi in vite manserit, & vixerit de radice, quam vult fructum a semetipso non potest ferre. Ergo, interprete Augustino, sine me, est, nisi in me maneat. Haec erit igitur gratia hoc loco significata, qua manent in Christo, & quidem ita ut palmites in vite. Et hanc gratiam omnibus adesse Bellarminus aufudicere: Ergo, ut verbis utat Theophylacti, illα εν εμοι ζωει εν υμιν, omnibus communi faciet: Quotum ergo illud ex alio loco, a Prospero itidem ad hanc ipsam rem commutato, Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: Nam clarum inde, neque omnes attrahit; neque omnes veni-

nire: & manerent in Christo quine venirent quidem? Hoc certe necessarium, si illa gratia mansionis, sine qua nihil potest fieri, omnibus esset communis. Sed absurditatem nemo non videt. Falsum ergo, hanc gratiam, quae necessaria est ad faciendum quod Deus praecipit, omnibus adesse.

XVI. Sed tertium Caluini responsum, prolixius, seueriusque Bellarminus exagitat. Primo in reprobis: Caluinum pro sua summa scientia Dialecticæ, petere principium: quia sumat pro certo, Id quod necessarium fit, posse esse peccatum proprie dictum: quod tamen sit in controuersia. Se igitur negare correptionem futuram esse flagellum conscientiae ei, qui libertate arbitrij careat: aut facturam illum coram Deo inexcusabilem.

XVII. At ego de petitione principij, idem quod prius respondeo, donec disputatur, respondentem vrgere posse suam thesim: non ita tamen obicientem. Itaque Aristoteles id vitium τὸ ἰσοτάρι tribuit in Topicis: & in Analyticis definit ἐν τῷ μὴ ἀποδείκνυσθαι τὸ ἀσχετόν. Deinde, non id sumit Caluinus, quod Bellarminus vult: esse peccatum id quod necessario fit: sed id quod necessario fit male: hoc est ab eo à quo fit, non potest fieri non male. Denique correptionem non futuram flagellum ei qui careat arbitrij libertate: verum est, si simpliciter intelligatur quo modo Arbitrium liberum homini inesse, concedunt Catholici, hoc est, à se malum, non autem aliunde. At, si quomodo Papistæ, à se indifferens in bonum & malum, & æque in potestate habens male & bene viuere: tum hoc Caluinus qui respondentis partes hoc loco tueretur, non potest concedere Bellarminum autem qui interrogantis, siue obicientis locum implet, mirum est nuda negatione fuisse contentum. Hæc scilicet est mirabilis Dialecticæ scientia: sed puto Iesuitica.

XVIII. Sed in Electis, responsum Caluini docet primo esse inutile: deinde obrui absurdum. Inutile, quia confirmet liberum arbitrium. Nam si corripitur qui peccauit, vt præparet se ad renouationem: ergo qui corripitur non vult præparari: & tamen potest velle præparari ad renouationem: si enim vult præparari, quorsum corripitur? si non potest velle præparari, nonne etiam frustra corripitur?

XIX. At hic vbi gentium Bellarminus esset quum hæc scriberet, miratus sum equidem. Neque enim apud se fuisse certus sum. Qui potuit apud se: qui quum legeret diserte in Caluino, imo describeret: Per hortationem vult nos præparari: hoc tamen ita vertit, vt diceret, Si corripitur, qui peccauit, vt præparet se ad renouationem. Quasi nihil interesset, inter, vt nos præparemur: & vt ipsi nos præparemus. Atqui multum interest: nam illud indicat, quid fiat in homine: hoc autem, quid in se faciat ipse homo. Illud non grauate Caluinus dixit: hoc vero nunquam admisisset. Concedo igitur stabiliti liberum arbitrium in potestate sua habere bene velle, & male, si quis doceat posse ipsum se præparare per exhortationem. Sed à Caluino stabiliti, hoc vero nego: qui eadem opera nego id eum dixisse. Porro præparari à Deo voluntatem hominis didicerat Caluinus à Scriptura: & apud Augustinum sæpe legerat.

XX. Iam absurda tria colligit: vnum. Possè ergo hominem sine gratia per Verbum externum præparari ad gratiam, eamque expetere, & quaerere. Quia Caluinus distinguit operationem verbi, ab operatione Spiritus: & illam priorem esse vult, qua homo præparetur ad gratiam: hanc posteriorem, quæ gratiam ipsam adferat. Fuisse vero hunc errorem Pelagianorum. Alterum: posse ergo ante renouationem hominis, quæ fit per Spiritum, ex ipso homine aliquid boni exprimi, nempe desiderium ipsius renouationis, & præparationem ad eandem: contra quam ipse scribat eodem Institutionis libro capit. 3. §. 6. nihil vnquam boni ex corde humano exprimi posse, nisi penitus aliud fiat per renouationem. Tertium: Præparationem ergo istam esse priorem & posteriorem ipsa renouatione. Renouationem enim fieri, secundum Caluinum, per solam fidem. Hanc vero præcedere orationem. Quare renouationem præcedere orationem: ideoque etiam desiderium, & inquisitionem, & præparationem: cum tamen præparatio, desiderium, & inquisitio, præcedant renouationem.

XXI. Ast ego pueros mihi videre videor, magno conatu deturbantes castella quæ ipsi sibi in arena struxere pueriliter. Nam hæc absurda omnia certe consequuntur, si quis dicat, per hortationes effici, vt ipse sese homo præparet. Et hoc Bellarminus sibi finxit Caluinum dixisse. Quid ergo? Nimirum, pueriliter hic Bellarminus sudauit.

XXII. Quin etiam finxit Caluinum distinguere operationem Verbi, ab operatione Spiritus. At Caluinus tantum distinguit Spiritum operantem, ab instrumento. Audi. *Præcipua utilitas erga fideles consideranda est: in quibus, vt omnia (& nota omnia) per Spiritum suum agit Dominus: ita Verbi sui instrumentum non pratermittit: & illud ipsum non sine efficacia usurpat.* At qui operantis, & instrumenti non sunt geminæ operationes: sed vna & eadem. Qui autem illud iam potuit fingere; potuit etiam addere prioritatem, & posteritatem. Sed vit bonus neutrum potuit.

XXXIII. Nihil obstat igitur, quominus vere alibi Caluinus dicat, nihil ab homine exprimi posse boni, nisi aliud fiat per renouationem. Nam & hæc ipsa præparatio, quia fit non ab homine, sed à Deo, renouatio est. Fieri autem à Deo, discere potuit à Caluino Bellarminus, in hoc ipso argumento, *Si nihil exhortationes, reprehensionesque apud pios aliud proficerent, nisi vt peccati redarguerent, essent eo ipso reputanda non prorsus inutiles. Nunc, quum, agente intus Spiritu, ad inflammandum boni desiderium: ad discutiendum torporem: ad eximendam iniquitatis voluptatem. & venenatam dulcedinem: contra autem ad odium tediumque generandum plurimum valeant: quis audeat superfluas cauillari?* En tibi valere exhortationes: valere reprehensiones: sed agente intus Spiritu. Quid hoc est? Id ipsum quod ante dixerat, agere Dominum per Spiritum suum: Verbumque non sine efficacia usurpare. Ergo hoc ipsum bonum, quod per Verbum ab homine exprimitur, non est ab ipso homine, nisi renouato per Spiritum. Nec sibi iam contrarius Caluinus cõmpertur: sed Bellarminus impostor.

XXIV. De tertio absurdo satisfecerat Pighio obicienti Caluinus libro 4. de Libero arbitrio: vt mirer à Bellarmino nude repositum, nulla habita satisfactionis ratione. Docuit igitur ille; ante regenerationem, Verbo excitari neminem posse ad expetendum Dei Spiritum. Vnde ergo illud

Bellarmini, præparationem, desiderium, inquisitionem, præcedere renouationem? Docuit rursus prædicari verbum fidelibus, iam regeneratis, non vt nascantur, nouæ creaturæ, sed vt auferantur & adolescant: Scilicet quia crescere & proficere tota vita nos oporteat. Quod ipsum etiam renouationis nomine à Paulo denotatur tertio ad Colossenses, *Quem exueritis veterem illum hominem cum factis ipsis: & indueritis novum illum, qui renouatur in agnitionem congruentem imagini eius qui ipsum condidit.* Et 1. ad Corinth. 4. *Etiam si externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur quotidie.* Quare si præcedere dicatur illa præparatio renouationem, siue regenerationem, non absolute intelligendum erit: sed secundum quid: nimirum, quatenus ea auferat. Et sic Paulus factum prædicat in Corinthiis, iam ante Christianis. Locus est posterioris septimo, *Videò Epistolam illam (priorem significat à se ad eisdem scriptam) tametsi ad tempus, tristitia vos affecisse. Nunc gaudeo, non quod tristitia affecti fueritis: sed quod tristitia affecti fueritis ad resipiscentiam: nam tristitia affecti fuistis secundum Deum, vt nulla in re detrimento sitis affecti per nos. Nam qui secundum Deum est dolor, is resipiscentiam efficit ad salutem, cuius nunquam poeniteat: at mundi dolor mortem efficit. Ecce enim istud ipsum, quod secundum Deum tristitia affecti fuistis, quantum in vobis efficit studium: imo defensionem? imo indignationem? imo timorem? imo vehemens desiderium: imo zelum: imo vindicationem?*

XXV. Quamquam peccat etiam Bellarminus; quum Caluino tribuit illud suum, renouationem fieri per solam fidem. Nam, quomodo id doceat Caluinus, qui fidem constanter negat haberi, nisi infundente Spiritu Sancto? Qui fidem propriam esse fidelibus: fideles autem nullos nisi regeatos? Et omnino verum est, renouationem præire fidei: si minus tempore: certe ratione. Itaque concidit Bellarminianæ argutiæ Babel.

XXVI. Baptista autor Epitomes Bellarminianæ, addit hoc loco cauillum. Vel electus recipit necessario exhortationem, vel non. Si posterius: est quod intendimus. Si prius: ergo non est exhortatio, sed plusquam imperium: non solum enim imperat: sed necessario ad imperium mouet. Rursus, vel omnes necessario recipit, vel non omnes, sed aliquas tantum. Si prius: vnde ergo tot ad multas non conuertuntur exhortationes: conuertuntur vero ad alias: & alij nunc mouentur, alij minime? Si secundum; vel ceteræ exhortationes recipi possunt, vel non possunt. Si possunt ergo, Liberum Arbitrium circa illas erit. Si non possunt ergo, frustra erunt.

XXVII. Respondeo; nullum electam necessario recipere omnes exhortationes: sed duntaxat, quantum eas intus operans Spiritus efficaces reddit. Quomodo ipse Bellarminus, cap. 2. l. i. de Gratia & Libero arbitrio; auxilium efficax appellat, quo Deus ita hominem vocat, & excitat, & iuuare dirigendo, protegendo, cooperando paratus est: vt infallibiliter re ipsa velit, quæ excipitur, & vocatur. Quæ tamen sine infallibilitate, siue necessitate, nihil minuit de libertate voluntatis: est si verum sit, hanc libertatem non intelligendam, de indifferentia in bonum & malum.

XXVIII. His positis, in prima consequentia, quæ ponit, si non necessaria admittitur exhortatio, ergo stabiliti liberum arbitrium in bonum, & malum: si intelligitur in genere, non admitti necessario omnes exhortationes: negatur consequentia. Nam eius diuersitatis non est causa Liberum arbitrium, a quo omnes reicerentur: sed gratia Dei, quæ quum vult, Arbitrium renouat, vt aliquas admittat. Si autem intelligat nullam: rursus negatur consequentia: quia hinc tantum conficitur Arbitrium esse liberum ad malum, vt nos contendimus. In altero membro; iam responsum, non omnes necessario admitti. Quod si de aliquibus etiam vrgeretur: vt si aliquæ exhortationes admittantur necessario, non sint ex exhortationes, sed plusquam imperia: negamus consequentiam: quia gratia efficaciter operans, non tollit voluntatem ac proinde neque libertatem: non enim cogit: sed euincit tantum non esse eam libertatem indifferentem ad vtrumque: imo, nihil posse in bonum, nisi quantum ei datur.

XXIX. Ad postremum: rursus negamus vllas exhortationes ad bonum accipi posse solius Arbitrij vitibus, imo omnes reici, itaque non esse liberum arbitrium indifferens in vtrumque. Nec sequi tamen, eas exhortationes frustra fieri; quia de re iam dictum est.

XXX. Horantius tribus his solutionibus tria dicauit capita, nempe, 32. 33. & 34. libr. 1. Locor. Catholic. Verum tam verborum abundans; quam rerum inanis. De Augustino manifeste lapsus. Non enim verum; eum librum de Correptione & Gratia ab eo compositum, vt obuiam iret argumentationibus eorum, qui liberum arbitrium cum gratia concordant. Sed eorum potius, qui dicerent, quandoquidem sola gratia Dei fiat vt vitemus peccata; ergo nos vi quadam labi: ac proinde non esse peccatores corripandos, sed Deum orandum. In eo autem libro ad hanc summam reuocari aduersarios. O homo in præceptione, cognosce quid debeas, & possis agere. In correptione cognosce id tuo te vitio non habere. In oratione recognosce, vnde accipias quod vis habere.

XXXI. Sed hic quis non miretur hominis? Reprimi me tamen; & mittere personam; rem excutio. Multiplex peccatum. Primo non dixit Caluinus Augustino negotium fuisse cum iis qui liberum arbitrium cum gratia concordant. Hoc Horantius audacule finxit. Tantum dixit simili argumento: Nimirum ab iis, qui non probabant spoliari hominem confidentia propria, id est, Arbitrij libertate in vtrumque: erantque Pelagiani: aut certe à Pelagianis non valde abhorrentes Monachi. Secundo; ridiculum fingi hic errorem nescio quem separatim non solum à Manichæo & Bardesane: sed etiam à Pelagio. Cum nihil sit aliud, quam argumentum ab absurdo, quo Pelagiani impugnant doctrinam Augustini. En tibi miram hominis supinitatem. Tertio: Manifestarium crimen falsi. Non enim dixit Augustinus, in præceptione agnosce quid debeas, & possis. Sed tantum, quid debeas habere. Longe alio sensu.

XXXII. De Christo & Paulo, in altero Caluini responso: Quamuis, inquit, gratiam Dominus solus largiatur; nec quicquam possimus absque ea præstare aterna mercede dignum; hæc tamen veluti cælestis quadam mercatura, numquam sine nostra voluntate exercetur.

XXXIII. Ast ego nego e Te responsum. Quæritur enim, vtrum, quid doceat

ter hominem si
liberum in v
Hoc Caluinus
Paulo quorum
debit Horan
At ille neutrum
stra voluntate,
tura, quorsum
que nostra vo
Quomodo Be
aliter à quo
tere: ideo v
be.
XXXI
clamans qu
allicet, tan
nisi ad nostram
di nobis facu
stro peccato,
marum sine
peccatoris: sed
altera parte,
egi à Deo pe
verbum ium
non fit vnu
eam modum
Et, tota die
Ei. Tertio
gia coram
natur.
XXXV
tenentes.
ne Pharaones
tatis? Verba
te ante, nisi
in manu tua
palam. Simili
nec credeban
ram et indig
quæ dicit: D
tam est? Pro
tenet eorum,
non eos tamen
Illud tamen
cultatem re
linus.
XXXVI
re, concedat
in omnibus
mos per
Etod. 9. ad P
& narratur
& primario,
Nempe veru
appellat: q
dumpe, v
causa. Fit
adhibet fu
XXXV
pudic Hor
legit, Non
verbum De
cum, cui de
ipsa testatur
Itaque qui
sed ad infid
tum: Et fact
XXXV
facere sim
rum que
in nobis
ti Aug
fatur atque
agnosce, sed
pione & G
agnosce q
reque cog
re habere.
ET h
tur a
rum ergo
dit de suo
potius cla
tantum.
I. E
pium aliq
not. Non

et hominem sua natura corrupta esse impotentem ad bonum, id est, non liberum in utrumque inuites reddat corruptiones, & adhortationes. Hoc Caluinus negat: & rationem suam negationis reperit à Christo & Paulo; quorum utriusque & illud docuit, & has tamen non neglexit. Hic debuit Horantius negare aut illud ab iis assertum: aut has neglectas. At ille neutrum. Cur non ergo dat manus? Gratiā non exerceri sine nostra voluntate, non est quod negemus. Quāquam illud de diuina mercatura, quorsum additum sit, non video. Sed gratiam sane non exerceri absque nostra voluntate, hinc apparet, quod fiat in ipsa nostra voluntate. Quomodo Bernardus: Absque duobus fieri negabat: vno, in quo fit: altero à quo fit. Sed non continuo, si sic non fit absque nostra voluntate: ideo voluntas antequam liberetur, esse potest ad bonum libera.

XXXIV. In tertij capitis parte illa, quæ de malis agit, histrionice exclamans quæ perpetua eius est consuetudo, in summa indignum Deo asserit, tanquam crudele & impium, quod nos urgeat, nos vocet: si id non nisi ad nostram condemnationem sit cessurum: imo, si ipse respondendi nobis facultatem omnem abstulerit: & tantum ut eius iustitia in nostro peccato, cui velimus, nolimus, seruiamus abundet. Cæterum, primum finem correctionum, & admonitionum hunc esse, *nolo mortem peccatoris: sed magis ut conuertatur & viuat*, Ezechielis decimo octauo. In altera parte, quæ est de fidelibus, primo ferre non potest, omnia in iis agi à Deo per Spiritum. Secundo, ne illud quidem; usurpari à Deo verbum suum tanquam instrumentum, non sine efficacia. Quia effectum non sit vniuersale. Et contra citat. Quoties volui congregare vos ad eum modum, ad quem gallina pullos suos, & renouistis; Matthæi 23. Et, tota die extendebam manus meas, ad populum contradicentem mihi, Esai. 65. Tertio, non admoneri nos eorum, quæ Deus facere vult: sed magis eorum, quæ nos facere vult, & nisi fecerimus, pœnam committatur.

XXXV. Atqui, primo nulla aut impietas, aut crudelitas est, monere reuertes. Alioquin Deus & crudelis esset & impius. Quid enim? Nonne Pharaonem iussit, & quidem sæpius moneri, qui tamen non erat auditurus? Verba diserta. Exod. 3. *Sed ego scio, quod non dimittet vos rex Egypti, ut eatis, nisi per manum validam.* Imo capit. 4. *Vide ut omnia essentia quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego induro cor eius, & non dimittet populum.* Similiter capit. 7. Quid? non Iesus multa signa fecit coram iis, qui nec credebant, nec poterant credere? Ioannis 12. *Quum autem tot signa coram eis edidisset, non credebant in eum. Ut sermo Esaiæ propheta impletur, quem dixit: Domine, quis credidit sermonei nostro? & brachium Domini cui retectum est? Propterea non poterant credere, quia iterum Esaias dixit, Excacauit oculos eorum, & obturauit corda eorum.* Ergo verum à Deo corripit admoneri; non eos tantum, qui obtemperare possunt: sed eos etiam, qui non possunt. Illud tamen Sycophanticum est; quod dicitur, Deum abstulisse omnem facultatem respondeadi: Illud etiam, peccato nos seruire velimus, nolimus.

XXXVI. Primum finem admonitionum esse, *Nolo mortem peccatoris, concedam*: Admonitionum, inquam: at non admonentis: Deus enim in omnibus sibi finem primum proponit gloriam suam: cui seruit etiam mors peccatoris. Sic enim dicitur fecisse impiū in diem perditionis. Et Exod. 9. ad Pharaonem: *Ecce ego posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* Non ergo admonentur isti præcipue & primario, ut ne morentur: contra quam putat Horantius. Quid ergo? Nempe verum; nolle Deum mortem peccatoris, voluntate ea, quam signi appellant: quam tamen velit voluntate beneplaciti. Et hæc ratio admonendi: nempe, ut inexcusabiles sint impij, in quorum impietate verā est mortis causa. Fit autem hæc impietas eo manifestior, quo sapius, quo seuerius adhibita fuerint & correptiones & admonitiones.

XXXVII. Omnia in fidelibus agi à Deo per Spiritum, si non potest audire Horantius: cur legit Deum in iis efficere ut & velint, & faciant? Cur legit, Non sumus idonei ad cogitandum aliquid ex nobis ipsis? Usurpari verbum Dei efficaciter in omnibus, concedo falsum: sed nego Caluino dictum, cui de solis fidelibus sermo. Apud hos vero esse efficacem verbum Dei ipsa testatur experientia: ipse, inquam, vsus correptionum, exhortationum. Itaque qui loci recitantur ex Matthæo, & Esaiā, non pertinent ad fideles: sed ad infideles. Christus nempe ad Hierusalem trucidatricem Prophetarum: Esaias ad populum incredulum.

XXXVIII. Non admoneri nos eorum quæ Deus facere vult, verum, si facere sine nobis: nam horum nulla nobis pœna proponitur. Sed eorum quæ is vult in nobis facere nobiscum: hoc est, quæ ita vult facere in nobis, ut etiam nos faciamus: horum vero falsum est nos non admoneri. Augustinus, cum nactus esset Pelagianos obiectantes: *Ut quid nobis prædicatur atque præcipitur, ut declinemus à malo, & faciamus bonum: si hoc nos non agimus, sed id velle & operari Deus operatur in nobis?* Respondit de Correctione & Gratia capit. 2. *Intelligent si Filij Dei sunt, Spiritu Dei se agi, ut quod agendum est, agant.* Et capit. 3. *In præceptione cognosce quid debeat habere: in correptione cognosce tuo te vitio non habere: in oratione cognosce, unde accipias quod vis habere.*

CAP. VI.

De locis præcipientibus.

ET hæcenus fuere Papistarum argumenta, ab Impossibili: sequuntur alia à Scripturis, quæ Bellarmino libuit ostensua appellare. Locorum ergo quinque classes à Caluino sumit Bellarminus: quibus sextam addit de suo, locorum ab illo prætermisitorum. Quāquam Caluinus septem potius classes habet. Itaque nobis omnino erunt octo; quæ Bellarmino sextarum.

I. Esto igitur prima classis locorum, ut Bellarminus vult, quæ præcipiunt aliquid homini faciendum, vel non faciendum. *Non habebis Deos alienos. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Honorā patrem tuum, & matrem* Tom. III.

tuam. Cuius generis testimonia ad triginta colligit Augustinus cap. 1. de Gratia & Libero arbitrio. Ex quibus omnibus hoc fit argumentum. Præceptum est regula bene viuendi: frustra autem datur regula ei, qui non potest deficere: aut non potest non deficere. Solum liberum arbitrium est, quod in via morum potest deficere, & non deficere: igitur frustra homini à Deo præceptum datur, si caret libero arbitrio: nil autem facit Deus frustra: igitur non caret homo libero arbitrio.

II. Mirare Bellarmini iudicium: qui argumentum hoc numeret inter ostensua cum tamen sit ab impossibili, sed & ambages obserua. Quum breuiter & rotunde potuerit dicere, Omnes leges dantur iis, à quibus possunt obseruari: At leges diuinae dantur hominibus libero præditi arbitrio. Ergo homines præditi libero arbitrio, possunt leges diuinas præstare. Sic certe voluit Pighius lib. 4. de Libero arbitrio, hoc ipsum argumentum examinans. Caluinus dixerat, *Præceptum robur in præceptis loquant, quæ putant dari non debuisse non potest obsequi.* Pighius ad hæc: *Locutus, inquit, & in illis robur: & recte putamus dari non debuisse, nisi illi qui obsequium debitum præceptis in potestate haberet.* Nota præterea huic homini quasi naturalem in hoc argumento: cuius vim alias obseruauimus. Hinc scite poteris, quicum res esset Caluino: Nam Bellarminus non nihil defleat: atque adeo non temere vitur ea phrasi, contentus supponere duntaxat Liberum arbitrium.

IV. Sed & aduerte horrendam Panigarollæ impudentiam. Fingit Caluinum respondentem interdum ferri à Principibus leges, nulla alia de causa, nisi ut populi, contra legem committentes, in propriam perniciem ruant: ac tum potiores illas esse leges, quæ durissimæ sint atque asperissimæ, neque satius quicquam fieri ab eo principe, qui vexare, & affligere populos velit; quam leges constituere, quæ obseruari nulla prorsus ratione queant. Eiusmodi autem fuisse legem à Deo nobis datam. Proh Dei atque hominum fidem! quid impudentiæ apud inferos residui esse potest: si tantum hausc vnus cucullio? Quāquam Panigarolla, non fuit cucullio: sed factus Episcopus Astensis. Ergo ne non Chorcebis, sed & cucullionibus: sed & Episcopi illud solenne, dolus: imo potius scelus an virtus. quis in hoste requirat: illi viderint Catholici suspirent, & clament, *Nai ipse Kuzas Inrod.*

V. Ego Caluini solutionem ita repræsentō: quam male Bellarminus. Negat maiorem. Et merito. Nam nisi esset falsa: ergo vel homini destituta gratia Dei nulla lex poneretur; quod est absurdum, vnde enim iudicaretur? Vel homo ille destitutus gratia Dei, posset legem diuinam obseruare, quod est contra Scripturas, contra Patres, nec Bellarminus sane agnoscat. Sed Caluinus hoc ipsum probat, quia ad singulas partes præceptorum præstandas, necesse est nos vires aliunde accipere. Quod ut probet, præcepta distribuit tripliciter. Alia, quæ primam ad Deum conuersionem exigant, alia simpliciter de legis obseruatione agant, alia denique, perseverare in recepta Dei gratia iubeant. De singulis autem locos recitat Scripturæ, qui docent non esse in nostra potestate. Prima *Conuerte me Domine: & conuertar: postquam enim conuersi sum, ego penitentiam habui.* Ieremiæ trigesimo primo: & alibi sæpe. Secunda, quia innumeris sunt loci, qui testificantur Deum esse donum, quicquid iustitiæ, sanctitatis, pietatis, puritatis haberi potest. Tertia, quia Paulus doceat vim constantiæ à Deo petendam, ad Ephesios 6. *Quod superest fratres, sitis fortes per Dominum.* Posterioris ad Thessalonicensium. 1. *Cuius etiam rei gratia precamur sæpe pro vobis, ut vos dignetur ista vocatione Deus nosse: & compleat omnem suam bonitatis gratiam beneuolentiam, & opus fidei potenter.*

VI. Et quia hic erat in promptu obiectio gemina, vtramque soluit. Primum frustra dari legem obiciunt, si non possit impleri. Ille negat: Nam primo, ostendi per eam peccatum. Vnde Paulus, *Legem propter transgressiones positam esse*, ad Galat. 3. *Per legem esse cognitionem peccati.* ad Roman. 7. & ad Galatas, *Legem peccatum efficere*: ad Roman. 7. Deinde: simul ac, quid agendum sit lex præscripsit, obediendi virtutem à Dei bonitate esse docet: ideoque ad preces inuitat, quibus eam nobis dari postulemus. Ego addo: propositas esse certas promissiones, quibus Deus suis pollicetur se datum vim illam obediendi: quod cum sit, tum certe apparet non esse frustra legem datam: sed ut sit regula viuendi, iis qui eam vim ad bene viuendam acceperint.

VII. Rursus obiciebant, non fieri verisimile Dominum truncis, ac lapidibus, legem hanc destinasse. Ille negat quæquam hoc persuadere moliri: negat esse laxa, siue impios, dum aduersari Deo suas libidines per legem edoceri, suo ipsorum testimonio rei sunt: siue pios, dum suæ impotentia admoniti ad gratiam confugiunt.

VIII. Bellarminus primo suum argumentum efficacissimum esse defendit, auctoritate Augustini; qui libro de gratia & libero arbitrio, copenè vno vtrique ad probandum liberum Arbitrium, *Reuelauit nobis Deus*, inquit, *per Scripturas Sanctas, esse in homine liberum voluntatis arbitrium: quomodo autem reuelauerit, commemoro, non humano, sed diuino eloquio.* Primum, quia ipsa diuina præcepta homini non prodesse, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium. Et infra. *Quomodo liber, si non est liberum arbitrium?* Rursus. *Item multa mandata quod ostendunt nisi liberum arbitrium voluntatis humanæ.* Et postea. *Nempe ubi dicitur, noli hoc, & noli illud: & ubi ad aliquid faciendum, vel non faciendum, in Domini monitis, opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium.*

IX. Postea considerat Caluini solutiones. Sed hoc posterius videro. Nunc dico, frustra se rueri Augustini exemplo. Etsi enim eodem medio Augustinus vtrique, tamen quæstiones sunt diuersæ. Nec sequitur, si ad Augustini quæstionem bonum est argumentum; non esse inutile ad hanc quæ nunc disputatur. Quid enim disputabat Augustinus: esse Liberum arbitrium: contra nescio quos Monachos, qui id funditus negarent. Nos autem concedimus esse certum, si nullum sit Liberum arbitrium; nullam etiam legem esse: quomodo, lapidibus, arboribus, brutis. Nam & res ipsa testatur nulli creaturæ legem esse, nisi Angelis & hominibus: quæ sola creaturæ liberi sunt arbitrij.

X. Quid autem nos nunc disputamus? Esse ne Liberum arbitrium? Minime. Nam id confectum superiore libro. Quid ergo? Nimirum, quænam sint eius Liberi arbitrij vires ad bonum Theologicum: siue, ut loquitur

Bellarminus, ad bonum morale. Itaque argumentum à Caluino conceptum fuerat hoc modo. *Præcipuum robur locant in præceptis: quæ præstant facultatibus nostris sic attemperata esse, ut quicquid ab illis exigi probatum sit, his præstari posse necessario consequatur.* Audin? non concludi, esse Liberum Arbitrium: led eius facultatibus præstari posse, quicquid in mandatis exigitur? Quinetiam Pighius disertius negabat dari debuisse, nisi ei, qui debitum obsequium haberet in potestate.

XI. At Augustinus, quum plurimus sit in stabiliendo Libero arbitrio voluntatis: tum vero haberi in potestate humana obsequium mandatis debitam nunquam dixit: imo constantissime r. futavit: & quidem aduersus hoc ipsum de quo agimus, argumentum. Capit. 16. de Gratia & Libero arbitrio. *Magnum aliquid Pelagiani se scire putant, quando dicunt, Non iubet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua, quæ non possunt, & nonerimus, quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides, quæ orando impetrat, quod lex imperat.* His multa addit: & quidem a. 70. *Sed, quæ, distinxit inter posse fieri ab homine: & nos non posse facere. Nam quum obiciunt Pelagiani, nihil Deum iussurum, quod sciret ab homine non posse fieri: concedit: & tamen statim quædam asserit iudicare, quæ non possunt. Nimirum quia, qui dicit non posse ab homine fieri, simpliciter asserit: & qui nos non posse, & n. nempe, consideratis nostris viribus, quales habemus à natura corrupta. Quod quanquam subtilius videatur: non putavit tamen negligendum Augustinus.*

XII. Iam Caluini solutionem qua arte excuriat, videamus. Primo valde perturbate: ut quæ apud Caluinum præcedunt postposuerit: quod nos dissimulabimus, retinentes nihilominus, quem proposuimus ordinem. Prima igitur est maioris negatio, quæ asserbat, omnia præcepta dari iis, à quibus possunt obseruari. Hoc Bellarminus plane extra rem esse respondet. Non enim se disputare, possit ne ex solis naturæ viribus lex adimpleri: & scire auxilium gratiæ esse modis omnibus necessarium: sed, vtrum posito auxilio gratiæ, homo sit vere Liberi arbitrij, ita ut possit legem implere, vel, si maluerit, præuaricari. Quomodo quis quæret, possit ne homo suo arbitrio videre, & non videre: tum enim non esse obiciendum, quid si lumen absit? quia intelligenda sit quæstio omnibus positis, quæ necessario requiruntur.

XIII. Sed Bellarminus oblitus est, Caluinum agere, non aduersum se, qui aliorum sententiam vel dissimulauit, vel interposuit: sed contra Pighium, & similes, qui non simpliciter disputabant esse in homine Liberum arbitrium: sed habere in potestate obsequium legi debitum, liberum, inquam, arbitrium quale quale sit post peccatum. Quasi quis quæret, possit ne homo in tenebris pro arbitrio videre, & non videre.

XIV. Deinde illud etiam positum auxilium gratiæ, nimis dilutum est: diluitor etiam comparatio lucis. Nam illud auxilium potest intelligi profusus extrinsecum, quod in ipso libero arbitrio nihil agat: & ut vno verbo dicam, esse potest gratia oblata tantum, non etiam accepta. Quod ipsum confirmare videtur lucis similitudo: quæ ita necessaria est ad videndum, ut tamen in oculos nihil agat: tantum ea præsentem, oculos postea necesse est sua vi agere: ut vere dici queat causa sine qua non videant oculi: non causa, quæ efficiat, ut videant oculi. At Catholici credunt nihil boni posse per liberum arbitrium fieri, nisi accepta gratia, quæ intra liberum arbitrium præparat voluntatem ipsam, ut bene velit: quod mille locis docet Augustinus.

XV. Denique illud, quæstionem intelligendam positis omnibus, quæ necessario requiruntur, Sophisticum est, nihil est. Nam & Pelagiani non aliter censent: non aliter Pighiani: non aliter Catholici: quorum tamen non eadem sunt sententiæ. Nimirum, quia non consentiunt, quæ sint illa, quæ necessario requiruntur. Pelagius suas habuit gratiæ explicationes: ut gratiam diceret ipsam creationem: deinde etiam iurisdictionem, admonitionem, reprehensionem. Pighius, & fortasse Bellarminus, sed certe cum Pighio saltem alij auxilium vniuersale, vel, gratiam oblatam. At Catholici gratiam acceptam, quæ libero arbitrio det ipsum velle bonum, quod nullum habebat: post etiam vires efficiendi id ipsum, quod iam velle accepit. Itaque hoc Bellarmini *επιφορική*, est tergiversatio mera: non vlla refutatio solutionis data.

XVI. Ad illas varias legis vtilitates, Bellarminus respondet, responsionem frigidam esse. Quia etsi lex habeat multos fines, tamen habeat etiam istum, ut sit norma viuendi: & ratione huius finis necessario exigit in homine arbitrij libertatem. Deinde, in idem recidere, per legem esse agnitionem peccati: & legem esse normam viuendi. Ideo enim dari legem, per quam cognoscatur peccatum, ut cognitum vitetur: & hoc modo sit lucerna pedibus nostris, & regula viuendi.

XVII. At si frigide Caluinus: quid Bellarminus? Certe non calide, imo ne callide quidem. Nam concedit Caluino, quod satis est ad eneruandam obiectionem. Quæstio est, vtrum fiat lex inutilis, à Catholicis. Illi probabant, quia frustra lex detur iis qui implere non possunt. Atqui vtilitas cuiusque rei iudicatur ex fine: quem si assequitur, vtilis dicitur: si non assequitur, inutilis. Itaque quæ res inutilis dicitur: eam oportet vel vnicum habere finem, quam non assequatur: vel si multos, nullum assequi. Illi quidem vnicum proponebant: nimirum obsequium. Nam alioquin non poterant inutilem pronunciare. Caluinus negabat hunc esse vnicum. Et hac negatione concidit vis obiectionis. Bellarminus sentit cum Caluino, plures esse fines legis. Quid ergo? nonne eum oportet esse quouis pistillo obtusorem, qui non sentiat eneruatam obiectionem? Neque enim arguebant legem non esse inutilem: ergo esse liberum arbitrium: quod Bellarminus subtrahit: sed non esse inutilem: ergo eius obsequium esse in potestate hominis, quod Caluinus ferre non potest.

XVIII. Sed in idem recidunt, legem esse normam viuendi, & per legem cognosci peccatum. Imo ego distinguo: normam dici actum, vel potentiam. Regula actum, quum ei conforme est regulatum. Sic lex actum fuit regula viuendi Christo: quia re ipsa Christus eam impleuit: hoc est, vitam suam exhibuit conformem legi. Fidelium etiam lex est regula: quia etsi non perficiunt, tamen quam possunt maxime, ad illam exigunt vitam suam. Regula potentia, est ea ad quam aliquid non rectum reuocari debet, & secundum eam iudicari. Et sic lex Dei est regula etiam impiorum: non quod ipsi impij sibi eam proponant obseruandam: sed quia ita debebant proponere, ut

iudicandi ex ea, & condemnandi, quia non proponant. In idem ergo recidere fateor, Regulam hoc secundo modo, cum eo quod dicitur, per legem esse agnitionem peccati. Sed quid hoc, ad propositam quæstionem? Neque enim si hoc sensu lex regula est viuendi, etiam impii: ideo eam impij implent, aut etiam implere possunt suis viribus.

XIX. Postremus Bellarmini conatus, est in locum Pauli, legem subintrasse, ut abundaret peccatum. Et docet factum non per se: alioquin legem futuram malam: sed per accidens: quia, etsi data fuerit ad vitandum peccatum: tamen occasio fuerit: ut peccatum superabundaret. Itaque particulam, ut non causam, sed euentum significare.

XX. Otiose. An enim nos arbitrabatur nunquam audiuisset à Paulo, τὸ ἀδυνατῆσαι τῷ νόμῳ, ἐν ᾧ ἡ ἐπιτομή ἐστὶν ἡ σαρκὸς? Octauo ad Romanos. Nos ergo nouimus legem per se bonam, & sanctam, per se etiam non operari peccatum, ideoque per accidens. Sed hoc accidens obseruamus esse in carne: esse à carne: id est à libero arbitrio, quale est post peccatum. Hoc enim ira corruptum esse, ut efficiat non posse vllum hominem legi obtemperare. Quid autem interest, vtrum per accidens, legis quidem ipsius ratione homo pereat, dum re vera pereat? Quantum oro, id leuamenti est, dum doces non vitio legis, sed suo proprio perire? Itaque hæc omnino frigida est responsio: quod paulo ante Caluino Bellarminus exprobrabat.

CAP. VII.

De promissionibus, quibus conditio additur.

I. Secunda Classis, eas Scripturas continet, quibus Dominus cum voluntate nostra paciscitur: quales sunt. Amos quinto. *Quarite bonitatem & non malitiam, & viuete.* Isaia 1. *Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis. Quod si nolueritis, gladius deuorabit vos.* Leuitici 26. *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuia temporibus suis.* Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et alia plurima, quæ in eandem sententiam occurrunt. Ex quibus Bellarminus hoc argumentum contextit: Aut est in potestate nostra præstare conditionem oblatam, aut non est. Si detur primum, demonstratur liberum arbitrium. Si secundum: ergo illa non est vere sub conditione promissio: sed manifesta irrisio. Non secus ac si quis brauium proponeret: præconisque voce clamari iuberet, ut qui voluerint currant: dandum enim brauium ei, qui cæteros curendo superarit: deinde paucos quosdam vi traheret ad brauium, alios vinculis, & catenis constringeret, ne se commouere possent.

II. Respondeo, argumentum primo ineptum esse: quum dicitur: Si concedatur in potestate nostra esse, præstare conditionem, demonstratur liberum arbitrium. Atqui hoc ipsum quæritur hac tota controuersia, quod ille vellet supponi: hoc ipsum, inquam, an sit in potestate nostra præstare conditionem, id est, facere mandata Dei. Est ergo ea ridicula petitio principij. Tum autem, quum iam constitutum sit esse liberum arbitrium: debuit potius ex legibus bonæ demonstrationis, probari ex libero arbitrio hæc quæstio: quam contra ab hac quæstione liberum arbitrium.

III. Deinde distinguo regeneratos à non regeneratis. Et quero vtroque intelligat argumentator. Nam si regeneratos: negatur consequentia, quæ inter arbitrium liberum, scilicet in differens in bonum, & malum, Nam quod regeneratus potest seruare mandata Dei, id ille facit non virtute liberi arbitrij: sed gratiæ, quam accepit iam ut regeneraretur. Profer contra Collatorem, *Quod in parentibus, pulsantibusque miraris, cur non eidem gratia qua desideratur adscribis? Vides bonos conatus, pia studia, & dubitas esse Dei bona? Latuerit opus gratiæ, donec fides insita cogitationis clauderetur arcano: at ubi supplex oratio, ubi diligens inquisitio, ubi apparet crebra pulsatio: quare non ex qualitate operis, subministrationem intelligis incitantis?*

IV. Sin autem non regeneratos intelligi malit, tum negatur antecedens, quod ponit eos habere in sua potestate impletionem conditionis. Et recte negat Caluinus, inde sequi conditionem esse illutoriam, siue ironicam, siue quid simile. Et hic Pighius: quid si solem sua præsentia neges lucem terris inuehere? Bona verba. Sed quid si tu potius, quum nihil habes quod opponas, temere *πρὸς τὸ λόγῳ*? Atqui non est inauditum, quod Caluinus protulit. Nam etsi decoctor soluendo non sit: tamen creditor promittet se eum carcere liberaturum, si soluat. Et discipulo perituro Scriba, præmia pollicebitur, si se scribendo æquauerit. Et infinita huiusmodi.

V. Nam simile, quo Bellarminus suam consequentiam non probat, quam illustrat, omnino est à quæstione aliena. Paucos, inquit, vi trahat. Hoccine quicquam dixit? quæquam vi trahi à Deo ad obseruanda mandata? Hic si quisquam est, tum vero aduersus eum detonet Bellarminus pro arbitrio, habeat nos socios: si tamen Catholicos habere socios non dedignabitur Iesuita. Rursus: alios vinculis, & catenis constringat. Itane? Deus ut quæquam vinculis catenisque constringat, ne seruet mandata? Monstrum. Atqui hæc mera est coactio. At coactionem, ne Bellarminus quidem ignorat à Caluino improbari: atque hactenus Arbitrium constituit liberum. Nempe igitur hæc similitudo, tota est sycophantice comparata, ut Catholicis inuidiam creet, non eorum sententiam refutet.

VI. Porro aduertendum, quo sensu impossibile hic usurpatur. Potest enim dupliciter intelligi: & ea ambiguitate Bellarminus abutitur. Nam impossibile vel absolute dicitur, vel secundum quid. Absolute impossibile, id quod ex sua natura id habet, ut non possit fieri: quomodo volare lapidē impossibile, impossibile a. secundū quid; quod positis certis circumstantiis fieri non potest, ut quod paulo ante dicebam, perituro Scribam polliceri præmiola discipulo, si sese pingendo æquet. Hoc ipsum, ut discipulus pingendo magistrum æquet, impossibile est, non tamen absolute, nam cum in finem ille discipulus est, ut dicat æquare magistrum. Sed quando est in suis primordiis. Sic in decoctore, creditori satis fieri: non est simile, ac si quis bouem postulareret volare: itaq; non est absolute impossi-

bile

bile: sed est tamen impossibile: quia ille decoxit. Iam vero Calvinus hoc loco impossibile accepit hoc secundo sensu. Testis locus ipse, *De promissionibus eiusmodi, quae conditionem habent appositam, alibi dicemus, ut palam futurum sit, in earum impossibili complemento nihil esse absurdum. Quantum ad hunc locum attinet, nego Deum inhumaniter illudere nobis, dum nos ad beneficia sua demerenda inuitat, quos nouit esse prorsus impotentes.* Impossibile ergo complementum, quatenus sumus impotentes. Impotentes autem quomodo? Tota Caluini doctrina doctet a peccato. Non igitur eodem sensu impossibile complementum homini & saxo. Nam saxo absolute impossibile est: itaque si saxo haec conditiones ferrentur, non possent nisi ironice dici. Prosper contra Collatorem, *Ignorat id se suo vitio perdidisse: Et non ideo iniquam esse exactionem, quia ad reddendum quod debet, idoneus non est.*

VII. At Bellarminus nulla facta distinctione in hanc partem totus abit, ut probet locos Scripturae, in quibus ea conditiones exprimentur, non esse Ironicos. Quo fructus? Nimirum eodem, qui ad eos redit, qui cum laruis luctantur.

CAP. VIII.

De exprobrationibus.

I. Tertia Classis continet locos, quibus ingrato populo Deus exprobrat, per eum duntaxat stetit, quominus ab indulgentia sua omne genus bonorum receperit. Numeror. 14. *Amalec & Chananaeus ante vos sunt, quorum gladio corrueris, eo quod nolueritis acquiescere Domino.* Ieremia 7. *Quia respicisti vos & non responsistis, faciam huic domui sicut feci Silo. Haec gens non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: ideo proiecta est a Domino.* Negant autem simile quicquam exprobrari posse iis, quibus peccati dominio obnoxiiis liberum non fuit vocem Dei auscultare, iis, quorum potestatis non fuit ea mala effugere.

II. Respondet Calvinus, iis recte exprobrari haec omnia qui culpa tenentur conuicti. Eos autem teneri conuictos, quibus causa contumaciae fuit praua sua voluntas. Porro omnibus hominibus suam voluntatem esse causam contumaciae: ac proinde omnes homines, dum non audiunt Deum praecipientem, teneri culpa conuictos. Itaque omnibus, non audientibus vocem Dei, merito istas exprobrationes competere. Atque adeo inuilem esse necessitatis praetextum. Esse autem vitales: ut si obstinate in vitijs pergant, discent in calamitatibus suam potius nequitiam accusare ac deridere, quam Deum iniquae laetitiae insimulare. Sin autem docilitatem non exsuerunt; peccatorum taedio capti, quorum merito miseros sese ac perditos vident, in viam redeant, ac id ipsum seria confessione agnoscant, quod Dominus obiurgando commemorat. Hanc utilitatem in pijs obseruari Danielis nono, illam in impijs apud Ieremiam, cui Deus praedixerat futurum, ut ij ad quos eundem erat illi, non auditos.

III. Hic Bellarminus mirus est artifex. Primo enim totam argumenti faciem inuertit: qua tamen Pighius contentus fuerat. *Etiā hanc, inquit, agnoscimus ut nostram, & sanctorum Patrum, ex Scripturae locis, quae exprobrationes continent auersus Simonem illum atque eius discipulos, rationem irrefragabilem.* Et recitauerat tamen ipsissima Caluini verba. At Bellarminus locos mauult, qui doceant per hominem stetit, quominus bene ageret, & peccata vitaret. Secundo, citatis locis alios admiscet, quos Calvinus separauerat: imo etiam Pighius. Quod & nos seruabimus.

IV. Caluini responsum Pighius paucis his verbis eludit. *Qua tu commiseris mera nugae sunt: & indigna, quae sigillatim persequar: & sere in singulis ipse pugnas tecum.* Sic nouus Thraeo solo spiritu turres dilucit; vrbes capit, regna euerit.

V. Bellarminus primo negat, Calvinum iuuare haereditariam malitiam: quam illi poenam doceant esse non culpam, nisi ei libera voluntate obediatur. Calvinum autem, culpam esse, debuisse probare, non sumere. Secundo, quod dixit Calvinus peccatores reprehendi, ut peccatorum taedio in viam redeant; negat eo argumentum solui. Quia si possint peccatores audita obiurgatione, taedio peccatorum affici, & in viam redire, liberum arbitrium habere se demonstrant.

VI. Sed Bellarminus sui temper similis, praescribit Caluino disputandi leges, pro arbitrio: quas nullus agnoscat. Calvinus hic respondentis partes sustinet: itaque satisfacit officio, si distinguat: & ita ostendat fontes cauillorum. Nam toto hoc argumento perpetuum est, ut is, qui dicitur non posse praestare legem, intelligatur, vel suo vitio impotens, vel aliena vi. Nam si suo: nihil obstat, quominus exprobratur ei legis praeruaricatio: etsi iam implere non possit: quomodo ne hoc quidem obstitit, quominus praeccepta darentur, ut dictum est. Aliena autem vi impotentem hominem esse, alienum est a Caluini doctrina. Hic Bellarminum, qui partes interrogantis sustinet, erat necesse, non a Caluino probationem exigere: cui ad respondendum sufficit distinguere: sed docere ipsum, vel ei qui proprio vitio impotens est, non posse exprobrari legis transgressionem: vel certe hominem sic impotentem factum non suo vitio: sed aliena vi. Quod si neutrum praestet, dato manus, & veritatis vias agnosco.

VII. Porro haereditariam corruptionem poenam esse non culpam, nisi ei libera voluntate obediatur, in omnes partes absurdum est. Nam haereditariam corruptionem, id est, originale peccatum: non esse culpam; nullo sensu vere dici potest. Si enim non est culpa, ne peccatum quidem est. Deinde illud, nisi ei libera voluntate obediatur, quorsum? Nam vel libertatem intelligit eam, quam Veteres, quum dicerent, vbi liberas, ibi voluntas: & vicissim, vbi voluntas, ibi libertas: ac tum non potest peccato originali non libera voluntate obediri. Omnino enim ipsam voluntatem occupat, & abducit a Deo. Sin autem libertatem aequae indifferentem ad bonum & malum, tum vero hoc nunquam accidere potest homini corrupto, & vere si hoc ponat, Bellarminus excusare non potest petitionem principij: quum sit obijciens.

VIII. Secundum Bellarmini responsum facilius est: si possunt inquit, peccatores taedio affici, & in viam redire: ergo habent liberum arbitrium. Liberumne, inquam, indifferentem ad bonum & malum? nam haec quaestio est. At ego nego consequentiam. Nam his exprobrationibus, non omnes

Tom. III.

peccatores ita affici, notaui Calvinus: sed tantum pios, id est, Spiritu Dei regeneratos: qui si ita afficiuntur; non suis viribus, sed Spiritu intus agente afficiuntur; a quo liberatur a mala necessitate eorum arbitrium liberum. At impij, etsi forte taedio affici possunt, ut Cain, qui obiurgatus a Deo, exclamauit, *Maiores iniquitas mea, quam ut veniam merear.* Genes. 4. At certe in viam non redeunt. Ideo Paulus 2. ad Corinth. 7. duplicem distinguit tristitiam, aliam seculi, quae mortem operatur: qualis nempe in Iscariote fuit: aliam secundum Deum, quae poenitentiam efficit ad salutem, cuius nunquam poeniteat. Itaque rursus Bellarminum dico debuisse contra Calvinum probare, vel eos; qui ita obiurgati, taedio afficiuntur, redeuntque in viam, suis sui arbitrij viribus, ita affici, ita redire: non autem per Spiritum renouatos: vel certe eos, qui vel taedio non afficiuntur, vel affectu non redeunt in viam, habere liberum arbitrium indifferenter ad peccandum, & non peccandum. Si neutrum possit, dato manus, & veritatem agnosco.

CAP. IX.

De locis, Psalm. 68. 95. 119. & 2. Pet. 1. & 1. Thess. 5. & 1. Ioan. 5.

I. Quarta Classis continet hos locos Psalmo 68. *Generatio praua, quae non direxit cor suum. Et 95. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et 116. Inclinaui cor meum ad obseruanda mandata tua. 2. Petri. Adijcite fidei vestrae virtutem. 1. ad Thessalonic. 5. Spiritum ne extinguite. 1. Ioan. 5. Quisquis ex Deo est, seruat seipsum.* Et hos locos agnoscit Pighius adduci solere pro demonstranda arbitrij libertate, nimirum (nam id semper intelligendum) indifferenter in vtramvis partem. Quanquam potiores esse negat. Et hanc, opinor, ob causam sibi praeteruolare putauit licitum.

II. Bellarminus confundit cum praecedenti classe, & argumentum struxit in hunc modum: vel potest is qui peccat, non peccare, vel non potest. Si potest, habet igitur liberum arbitrium. Si non potest, igitur Deus frustra queritur, quasi per hominem steterit, quo minus bene ageret, quum aliter facere non potuerit.

III. Sed illi loci considerantur a Caluino distincte, ut alij doceant omnem contumaciae culpam haerere in hominum prauitate. Ex iis autem stulte colligi cor esse in vtramque partem flexile: quia eius praeparatio non esset a Deo, quod est contra Scripturam. Alij hortentur ad bonum. Sed in illis tenendum, quod Paulus docet 2 ad Philipp. *Proinde dilecti mei, sicut semper obedistis, non ut in praesentia mea, cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem conficite. Deus enim est, qui efficit in vobis, ut velitis, & ut efficiatis, pro gratuita sua beneuolentia.*

IV. Ex istis facile satisficit dilemmati Bellarminiano: distinguendo, vtrum illud posse peccare, vel non peccare, intelligat a seipso, an a gratia. Nam si a seipso: negamus posse non peccare. Ergo, inquit, Deus frustra queritur. Negatur consequentia. Nam qui non potest a seipso; vel aliena vi vel suo vitio est impotens. Si suo vitio, ergo corripendus; ac proinde Deus merito queritur de homine. Si aliena vi, fateremur frustra corripit. Sed hoc falsum est de homine. Iam si a gratia: concedimus posse non peccare. Ergo, inquit, habet liberum arbitrium. Nimirum, inquam, a gratia liberatum: ac proinde non indifferens sua natura in vtrumque.

CAP. X.

De loco ex Deut. 30.

I. Eorsum a reliquis visus est mihi tractandus locus ex Deuteronomij 30. quem & Pighius & Bellarminus, ita connectunt praecedentibus, ut tamen, specialiter de eo disputent; tanquam maioris momenti; & ut loquitur Pighius, efficaciori. Nam & Calvinus etiam separauerat.

II. Moses igitur, post legem promulgatam, hunc in modum populum contestatur, *Mandatum hoc, quod praecipio tibi hodie, non est supra te, nec procul positum. Non est in caelo situm, ut possis dicere, Quis nostrum valet ad caelum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare positum, ut causeris, & dicas, Quis de nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos deferre, ut possimus audire, & facere quod praecceptum est? Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud.* Quod ita dictum, ut legis implende possibilitatem, atque a deo facilitatem indicaret: omnemque ex eius impossibilitate excusationem, tergiversationemque excluderet, pro certo habet Pighius.

III. Responder Calvinus, primo posse locum cauillando eludi, quod non de obseruationis, sed cognitionis facilitate, ac procliuitate agatur. Secundo vere responderi, Mosen agere de Euangelij doctrina: teste Paulo 10. ad Romanos, *Moses describit iustitiam, quae est ex lege: Quod qui praestiterit ea, viuere per illa. At quae ex fide est iustitia, ita dicit: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in caelum? hoc est Christum ex alto deducere. Aut, quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit: Prope te verbum est in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum illud fidei, quod praedicamus.* Et, quamquam in Apostoli nomine, satis superque sit autoritatis: tamen eius expositionem confirmat duplici argumento. Primo, quia si de nudis praecceptis loquutus esset Moses, vanissima confidentia populum inflasset, aggressurum legis impletionem, tanquam suis viribus non difficilem. Secundo, quia paulo ante legitur, *Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis viuere.* Vnde constat Mosen hanc facilitatem non in hominis virtute, sed in ope ac praesidio Spiritus Sancti posuisse, qui opus suum potenter in humana infirmitate peragat.

IV. Contra priorem solutionem Pighius asserit non de cognitione legis tantum, sed etiam de impletione loqui Mosen. Probat: quia semper ambo coniungat, ut audiamus, atque opere compleamus: ut possimus audire, hoc est, intelligere, & facere, quod praecceptum est. Secundo, illud,

C 3

illud non supra te, nec procul positum à te, id est, non vires tuas excedens, sed eisdem attemperatum. Bellarminus primo notat hanc solutionem à Caluino appellari cauillatoriam. Deinde et si Moses loquatur de facilitate cognitionis, tamen ex ea colligi velle, in potestate populi fuisse mandata seruare, vel non seruare. Probat: quia paulo ante dixerat, *Reuertetur Dominus, ut gaudeat super te in omnibus tuis bonis, si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius.* Tum ne populus responderet, se non posse implere præcepta aut nescire, quid Dominus vellet, adiungit, *Circumcidet Dominus cor tuum, ut timeas eum.* Vbi promittitur auxilium gratiæ contra excusationem impotentia. Denique addit, *Mandatum hoc non supra te est: vbi tollitur excusatio ignorantia.*

V. Ego fateor à Caluino eleuari pondus huius solutionis: quam tamen, quo magis considero, & aduersariorum exceptiones examino, non esse nullo loco dignam facile mihi persuado. Iraque non negligam illustrare quamuis Caluinus Pighio respondens, dedignatus sit. Causa mihi satis iusta quod habeat Bellarminus consentientem, agi de ignorantia excusatione, libri de Gratia & Libero arbitrio, tum capite vigesimo primo, vbi hoc argumentum tractatur. tum etiam sexto, vbi disputatur contra Pelagianos. Et sane infirmiores fuerunt Pighio vires, quam vt id doceret non posse intelligi. Ambo coniunguntur apud Mosén: nimirum audire & facere. Intelligo inquam. Sed vtrumque fuisse æque facile, hoc vero non sequitur. Audiebat quicumque aures habebat, vi illa naturali, cuiuslibet animalium infita. At non æque faciebat, quicumque cor habebat: sed cui corpus erat circuncisum. Enimvero, quia discuntur leges per auditum, nec implentur, nisi quæ cognoscuntur: omnino impletionem præcedit cognitio: cognitionem auditus. Sed neque cognitio infert impletionem: alioquin mentitus esset Paulus, quum dixit ad Romanos 2. *Prædicat non furandum, & furaris.* Multo minus auditus. Nam & Iacebus non frustra auditores separat à factoribus, capite primo.

VI. Nec mouer me etiam Bellarminus, qui, ex facilitate cognitionis colligi vult, fuisse in potestate populi, mandata seruare, vel non seruare. Nam hoc falsum est. Alioquin oporteret, quæcunque facile audiuntur, facile præstari. Quod non est ita. Nam primum, quæcunque facile audiuntur, non tamen facile intelliguntur, non pauca enim manent obscura. Sic Christus solis Apostolis datum esse dicebat intelligere. mysteria, Matthæi 13. Quæ autem non facile intelliguntur, nec facile præstantur: tum autem nec quæ intelliguntur, eadem etiam præstantur, alioquin frustra Dominus distinxisset seruum, qui, cognita voluntate domini sui, fecisset digna plagis, ab eo qui omnino non norat.

VII. Nihil autem ineptius probatione Bellarminiana. Erat, inquit, paulo ante dictum, *Si audieris vocem Domini Dei, & custodieris præcepta eius.* Intelligo. Sed quid propterea? Tum ne populus responderet, se non posse implere mandata, aut nescire quid Deus vellet, adiungit, *Circumcidet Dominus cor tuum.* Ita ne, inquam? Atqui hæc verba dicta sunt ante illa. Nam Bellarminus oportet alicubi in camera meditationum obdormisse, cum hæc scripsit, tam *in seipso prædicat, nec tamen in seipso.* Tum autem quid est in causa manifeste præuaricari, si hoc non est? Nam his verbis promitti concedit auxilium gratiæ, contra excusationem impotentia. Ergo, inquam, necesse est concedi impotentiam: cui remedium nullum sit, nisi gratia. En tibi quid possit veritas: quæ obnitentes aduersarios obtorto collo ad se retrahit. Habemus ergo, consentiente Bellarmino, impotentiam populi in præstandis mandatis: habemus auxilium gratiæ ad ea præstanda. Ergo merito negamus Mosén docuisse, populo sufficere suas Arbitrij vires ad præstandum mandata.

VIII. Venio ad alterum Caluini responsum ex Paulo. Hoc Pighius negat quicquam dici potuisse absurdus, euidenti que Mosén sententiæ magis contrarium: qui dicit, *Mandatum hoc, quod tibi præcipio hodie.* Negat etiã contradicere Paulum: qui, et si quomodo Mosén verba suo instituto accommodat (& hoc illi fere perpetuum) tamen non tollat sensum literæ.

IX. Hem quæ truculente: qui ne à Paulo quidē manus violentas abstinere? Nihil absurdus, inquis. Vide quem ferias? Non enim Caluinum. Sed Paulum, qui *deus ipse dicit, Quæ ex fide est iustitia, dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in caelum: & reliqua.* Sed is quoquomodo Mosén verba suo instituto accommodat: & hoc illi fere perpetuum. Quoquomodo, in quis? etiam per vim? etiam contra mentem? Hem: comprime linguam sceleratam. Aut sane Christiani aures obrurabunt, ne audiant. Illud tolerabilius, non tolli sensum literæ. Sed debuit, non sumere, quin potius probare non esse sensum literalem Mosén, eum quo Paulus vitur. Nā certe ita credunt viri nonnulli nominis. Catholici, Caluinus, Gualterus, Martyr, Aretius in commentariis: & Iunius in Parallelis. Sed etiam Papiæ, Caietanus, Salmero; & alij fortasse. Et si sciam nonnullos in aliam ire sententiam. Sed certe hi multum detrahunt neruis, & constantiæ Paulinæ orationis.

X. Fateatur tamen Caluinus contra Pighium, de lege intelligi primum, quatenus ad Euangelium transitus est, idque officij habet, vt ad Christum manu ducat. Hoc Bellarminus arripit, & siue hic locus, inquit, ad Christum pertinet in sensu literali, siue mystico, siue non pertinet vlllo modo, non multum laboramus. Id nobis est fati, si concedatur, quod nulla ratione negari potest, loqui Mosén etiam de præceptis seruandis: & docere, esse in potestate hominum illa seruare, & non seruare: ex quo liberum sine vlla dubitatione demonstratur arbitrium.

XI. At primo Caluinus non consensit loqui Mosén etiam de præceptis, sed de lege, quatenus ad Euangelium transitus est, idque habet officij, vt ad Christum manu ducat. Et addit, *Verum, quoniam de solis præceptis, frustra hæc dicerentur: vel saltem parum homini conducerent, non nisi in exitium scilicet illi propter naturæ vitium cessura: ideo non per carnem, sed secundum proprium, & literalem, vt ita loquar, sensum ad Euangelium traducit Paulus.* Festinanti ergo Bellarminus Caluinum legerat, vt referret ad præcepta: quæ ille de lege, non quatenus habuit hæc præcepta: sed quatenus admixtas habuit promissiones Euangelicas, vt ita homines manu duceret ad Christum.

XII. Secundo, non minus quam Caluinum legerat festinanter, etiam

nunc argumentum præcipit: qui vno saltu sibi concedi velit, Mosén non tantum loqui de præceptis: sed etiam docere, esse in potestate hominum illa seruare, & non seruare. At nos lentius ponderantes, illud de præceptis tolerare possumus, quia & aliis præter Bellarminum, arripit: sed hoc posterius non concedimus, & maluissemus à Bellarmino probatum, quam positum.

C A P. XI.

Quare Deus tentet homines.

I. Transeo ad quintam locorum classem, quibus ostenditur Deum tentatum, reducto gratiæ suæ subsidio, explorare homines, & expectare quorsum conuertant sua studia. Deuteronom. 8. *Adduxit te Dominus quadraginta annis per desertum, ut affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in animo tuo versabantur, & sciret quid esset in corde tuo. Et 12. Tentat vos Dominus Deus vester, ut videat, si diligatis eum in toto corde. Quæ 5. Vadam ad locum meum, donec ponant in corde suo, & querant faciem meam.*

II. Bellarminus arguit inde. At frustra exploraret Deus, quid homines facere velint: nisi possent rem eandem facere, & non facere. Nemo enim prudens explorat euentum rei determinatæ ad vnum. Quis enim explorauit vnquam calidusne sit ignis, an frigidus? appetat canis esuriens panem potius, quam lapidem?

III. Caluinus negabat ex iis locis quicquam bene concludi pro viribus Arbitrij, tam in bonum, quam malum. Et hoc dilemmate aduersarios vrgebat. Quandoquidem hac tentatione Deus expectet conuersionem: illam necesse est fieri, vel sic, vt populus à Deo derelictus à se ipso conuersionem meditari possit: vel sic, vt necessaria sit gratia Dei. Si prius, reclamabit tota Scriptura. Posterius autem dupliciter intelligi potest, vel vt sine ea gratia, nihil possit populus: vel vt aliquid tantum possit, et si non totum. Si prius, pax esto: nec enim habent, quod nobiscum litigent Papiæ. Sin posterius: id vero non efficitur ex iis locis. Nam secedere ab homine, & experiri, quid possit, non significat eum ipsum hominem adiuuari ab eo, qui recedit. Itaque locorum illorum tandem sensum esse concludit: Ideo tentare Deum, quid possit homo, vt eum in suæ *videtis* cognitionem deducat.

IV. Bellarminus fateatur gratiam esse necessariam: sed vult, vt vicissim Caluinus ne neget posse hominem cum auxilio gratiæ, pro libero voluntatis arbitrio, querere Deum, & non querere, id est, gratiæ cooperari, & non cooperari. Quod si neget, ne credat solum esse argumentum. Deinde *videtis* ostendit, fateatur Deum explorare, vt faciat nos cognoscere quales simus: & vt alij quoque, qui corda nostra non vident, intelligant ex operibus externis, quales intus simus. Nihilominus inde comprobari libertatem arbitrij: nimirum in vtrumque. Primo, quia neque nobis explorandum esset, quid simus, si ex necessitate operaremur. Secundo: quia tentat Deus, vt appareat virtus, vitiumque: & vtrum merito laudari, an vituperari quis possit. At id quod necessario fiat, neque opus esse virtutis, aut vitij: neque laudandum, vituperandumque.

V. Ego ad prius respondeo: Caluinum necessitatem gratiæ distinxisse in duo membra: quorum prius ita statuebat necessarium, vt sine eo liberum arbitrium nihil possit: alterum vero ita, vt suas ad bonum, & æque ac malum vires retineat, & gratia tantum ex parte adiuuet. Prius illud si concedatur, solum est profus argumentum. Nemo enim non videat, si ita sit gratia homini necessaria: ergo falso asseri arbitrium hominis esse in vtramque partem æque liberum. At si posterius retineatur, vt videtur velle Bellarminus: etiam sic argumentum solum est: quod Bellarminus noluit videre: nempe quia negauit Caluinus ex iis dictis sequi, Deum adiuuare eos à quibus recedat. Quod Bellarminus vel refutare debuit, vel, si non potuit, tacere.

VI. Ad posterius, id, quod Caluinus dixit, Deum velle hominem deduci ad agnitionem suæ *videtis*, debuit Bellarminus vel concedere, vel impugnare. At ille ita mirus est artifex, vt neutrum faciat: & tamen credat suo se muneri satisfacere. Non enim impugnat. Ergo debuit concedere. Non autem concedit: sed pro eo aliud substituit. Nam illud, vt faciat nos cognoscere quales simus, ambiguum est. Potest enim dici, de libertate in vtrumque: vt sensus sit: vt faciat agnoscere nos esse in vtrumque liberos. Potest etiam dici determinate, in alterutram partem tantum: Quomodo si hominem iubeas ambulare, vt videas qualis sit: alterutrum intelligis: vtrum possit ipsum recte ambulare, & claudicare pro arbitrio. At si claudico id dicas: intelliges, vt pateat ipsum esse claudum: hoc est, non posse nisi claudicare. Iam vero Caluinus, eum *videtis* nominauit, non potuit illud in vtrumque indifferens significare: sed hoc in alterum determinatum. Itaque sensus est, Deum tentare, vt hominem efficiat agnoscere, se nihil posse. Quod si est, tum apparet nihil hinc concludi pro libero arbitrio.

VII. Hactenus Caluini responso. At ego nunc Argumentum Bellarmini, cuius formam Caluinus non viderat, examinabo diligentius, vt ne quid maneat non solutum. Negat ille, quenquam prudentem, explorare euentum rei determinatæ ad vnum. At ego prudentem distinguo. Dicitur enim, vel vt significet eum, cui mens sit sana: vel eum, qui id ipsum, de quo agitur, non ignorat. Hoc posteriori sensu concedo, neminem quicquam explorare, quod iam sciat esse determinatum ad vnum: sed hic sensus nihil ad hunc locum: quia consentimus Deum neminem explorare, sui causa: quum nihil sit, quod non exacte norit. Itaque aliorum tantum, id est, tum eorundem, qui explorantur, tum eorum, qui eius opera videre possunt.

VIII. At priori sensu: nego, neminem prudentem quicquam explorare, quod sit determinatum in vnum. Imo generaliter omnia explorari certum est, quæ ignoramus ad quid sint determinata: nimirum, vt hoc ipsum constet ad quod sint determinata. Sic Medici leprosos explorant quotidie: siue quos ipsi dubitant esse leprosos, siue quos iam sciunt certo esse leprosos, vt ipsum certum efficiant populo, cuius interest.

Interest Sic ab in
seruationibus: q
iam est recentis
cum cursum: tan
certi sint, non ali
quæ, nemo expl
plum quod sciam
penitentia.
IX. Iam vero
sed etiam quilibet
ruth fiducia viri
thas, nos esse cor
renus demonst
rio contra
legiam, & Pa
probat, vti p
Quo
Extra Classi
Scum in hom
pera appellantur
quam ipsa peccat
dant vltima bona
opera ipsi: tu qu
talitatem. Apoc
Matthæi 23. Qu
est ergo me. Act
Deum, opera faci
Timotheus: vult
q
II. Hanc C
Caluinus vni ob
veluti à nobis p
ent, eadem ratio
facere, quibus a
accusat.
III. Respon
tra: Non sequi
not Dominus
quædam. Vbi
est, sed à Deo lib
finitur opera b
dici: Matthæi 9.
Et. Secundum Jo
Roman. 1. Per m
tamen notum e
Spiritus Sanctus
IV. Ad illud
molitur ostend
lapi: quæ em
nihil differre au
na. Nimirum v
loqui, neque lib
vt nos in quo p
gando putabat
V. Deinde er
mum, vt in m
solle, enim, reli
reque solidum
retere iustitia
num, atque ad
coque ipsos ill
di, resistendi, e
metos. Sed gr
mulum vergent
sed a creatione
est, esse, non a c
ta, quæ sunt
tantum agi
VI. Et hact
rim. Nam ele
ad liberum arbit
se, velle, sapere,
sed tantum quæ
fieri, liberum a
libertas. Non di
sine contradiçio
perit, etiam lib
operatum liber
profus. Non qu
ipso sit, cum ne
ex nobis sufficit
VII. His ad
plum sit ex vi
significatio, vt
vt propria aliq
bus quomodo
Cæbro legas a
substantiam, q
suum dissipans
paris. Et qu

interest Sic ab initio Astrologi planetarum cursus explorarunt, variis observationibus: qui tamen ad suum cursum sunt determinati. Et hodie etiam etiam recentiores astrologi certo sciunt, ex precedentium observationibus, eum cursum: tamen ipsi explorant similibus observationibus; ut à seipsis certi sint, non aliena fide. Infinita huiusmodi colligere licet. At ignem, inquit, nemo explorat, vtrum sit calidus. Qui iam sciat, inquam. Imo id ipsum quod scimus esse calidum, non nisi ab exploratione est, id est, ab experientia.

IX. Jam vero non tantum alii aliorum vires ad bonum ignoramus: sed etiam quilibet suas ipsius. Quin potius turgidi omnes sumus nostrarum fiducia virium: adeo ut nisi potenter conuincamur, nunquam credamus, nos esse corruptos, peccatoque venundatos. Quod non potest potentius demonstrari, quam exemplo omnium eorum, qui de libero arbitrio contra Catholicos disputarunt, siue ii Pelagiani fuerint, siue Semipelagiani, & Papistæ. Itaque nostra vel maxime interest, variis tentationibus probari, ut ipsi discamus nos agnoscere.

CAP. XII.

Quo sensu opera bona nostra sint, & à nobis fiant.

I. Sexta Classis, est ex perpetua loquendi ratione, quæ tum in Scripturis, tum in hominum sermonibus obseruatur: nimirum quum bona opera appellantur nostra: nosque ipsi facere dicimur, tam quæ placent Deo, quam ipsa peccata. Matth. 5. *Ita splendet lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera.* Ad Romanos secundo, *Reddet unicuique secundum opera ipsius: iis quidem qui perstant, boni operis gloriam, & honorem, & immortalitatem.* Apocalyp. 2. *Novi opera tua, & laborem, & tolerantiam tuam.* Matth. 26. *Quid molestiam exhibetis huic mulieri? opus enim bonum operata est erga me.* Actor. 26. *Annunciaui ut respicerent, & conuerterent se ad Deum, opera facientes digna iis qui respicissent.* 1. ad Corinth. 16. *Si venerit Timotheus: videte ut tuto sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego.*

II. Hanc Classem omisit Bellarminus: Pighius etiam dissimulauit. Caluinus vim obiectionis sic concepit: Si peccata, iure nobis imputantur, veluti à nobis profecta: certe & in iustitiis aliquid nobis assignandum erit, eadem ratione. Neque consentaneum esset rationi, ut ea diceremur facere, quibus agendis proprio motu inhabiles instar lapidum à Deo moueremur.

III. Respondet autem primo ad illud, quo opera bona dicuntur nostra: Non se qui non esse à Deo per gratiam. Et docet exemplo; quia in oratione Dominica, docuit nos Christus dicere, *Da nobis hodie panem nostrum quotidianum.* Vbi dicitur panis noster, is qui nobis datur, id est, non à nobis est, sed à Deo liberaliter subministratur. Quid autem obstat, quominus similiter opera bona, nostra dicantur. Nam & fidem nostram, quis neget dici? Matth. 9. *Quumque vidisset Iesus fidem illorum.* Et, *Fides tua te seruaui.* Et, *Secundum fidem vestram fiat vobis.* 15. *O mulier, magna est fides tua.* Ad Roman. 1. *Per mutuam fidem, vestram simul, & meam.* Et alias sapissime. Et tamen notum est, non esse in vilo fidem, nisi per specialem operationem Spiritus Sancti: non autem à propriis arbitrii viribus.

IV. Ad alterum, quum dicimur ipsi facere opera: primo, inuidiam amolitur odiosæ comparationis, quum imponitur nobis, quasi hominem lapidam quæremus, *Quis ita desipit (ait) ut hominis motionem à iactu lapidis nihil differre autemet? Neque vero quicquam simile sequitur ex nostra doctrina.* Nimirum ut discant aduersari, considerari, imo modestius de nobis loqui, neque sibi temere effutendum putent, quicquid in buccam venerit, vt nos iniquo præiudicio grauent. Et sane id quicquid erit, tam facile negando purgabitur, quam audaçter asserendo imputabitur.

V. Deinde explicat, quomodo Deus in suis agit per Spiritum suum: Nimirum, vt in naturales facultates referantur, approbare, respuere, velle, nolle, eniti, resistere. Naturaliter autem hominem approbare vanitatem, respuere solidum bonum, velle malum, nolle bonum, eniti ad nequitiam, resistere iustitiæ. At per gratiam innouari, vt contra approbet, velitque bonum, atque ad id enitatur, & respuat, nolitque malum, eique resistat. In eoque ipsos illos motus approbandi, respuendi, volendi, nolendi, enitendi, resistendi, esse naturales. Nimirum, ipsi humanæ naturæ à Creatione inditos. Sed gratiam, illos ipsos motus, suapte inclinatione non nisi ad malum vergentes, flectere in bonum. Itaque hos ipsos non esse à gratia, sed à creatione. At flexum illum à malo in bonum, de quo nunc quaestio est, esse, non à creatione, quam superueniens peccatum corrumpit, sed à gratia, qua superueniens peccato, peccatum corrigit. Et hac ratione, non tantum agi nos, sed etiam agere, vt Augustinus docuit.

VI. Et hæcenus Catholicis concedendum existimant liberum arbitrium. Nam eleganter Bernardus de Gratia, & Libero arbitrio, *Neque enim ad liberum arbitrium, quantum in se est, pertinet, aut aliquando pertinet inuit, posse, velle, sapere, sed tantum velle: nec potentem facit creaturam, nec sapientem, sed tantum volentem. Nec ergo si potens, aut sapiens, sed tantum si volens esse desierit, liberum arbitrium amississe putanda erit. Vbi enim non est voluntas, nec libertas, non dico, si velle bonum, sed si velle omnino creatura desierit, fatendum sine contradictione, vbi non iam ex voluntate bonitas, sed ipsa ex toto voluntas perit, etiam liberum deperire arbitrium.* Et multis interpositis, *Quid igitur. Hoc ergo totum liberi arbitrii opus, hoc solum eius est meritum, quod consentit? Est prorsus. Non quidem, quod vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso sit, cum nec cogitare (quod minus est quam, consentire) aliquid à nobis, quasi ex nobis sufficientes simus.*

VII. His addo, mirari me quemquam potuisse hoc argumento: ti: cum palam sit ex vsu quotidiano, quam late sese porrigat operandi, faciendique significatio, vt non ad ea tantum pertineat, quæ suo proprio motu, suaque vi propria aliquid efficiant, nec mota aliunde, sed etiam ad quælibet, quibus quomodocumque vtuntur causæ superiores ad aliquid efficiendum. Crebro legas apud Moysen in historia diluuii, Genes. 7. *Deleuit Deus omnem substantiam, quæ erat super terram, & tamen nonno, Neque erit deinceps diluuium dissipans omnem terram.* Sic gladius deuorat frequentissime in Scripturis. Et quid pluribus moret? Non tantum actiones suas voluntarias

homo dicitur facere, sed etiam naturales. Sic dormit, sic edit, sic spirat, sic palpat, & similia plurima. Quid? nonne etiam Serpens? nonne etiam Aëna loquuta esse dicitur? hoc est, id effecisse, ad quod nullis suis viribus poterat attingere.

VIII. Et vt propius accedam ad hanc operationem diuinam, Apostoli, *Cæperunt loqui aliis linguis.* Actor. 2. quod tamen à seipsis non poterant: itaque additur, *prout Spiritus dabat eis loqui.* Et de miraculis Ioan. 14. *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera qua ego facio, & ipse faciet, & maiora iis faciet.* Matth. 7. *Nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum demonia iiecimus, & per nomen tuum multas virtutes edidimus?* Et tamen hæc nulla erant opera liberi arbitrii, sed virtutis diuinæ. Cui igitur non sit manifestum, nullam esse argumenti consequentiam, fideles efficiunt bona opera: ergo ex vi liberi arbitrii. Recte ergo Caluinus, *Nihil iam obstat, quominus rite agere dicamur quod agit Spiritus Dei in nobis, etiam si nihil à se ipsa conferat nostra voluntas, quod ab eius gratia paretur.*

CAP. XIII.

De Loco Genes. 4.

I. Sequitur Caluini Classis septima, quæ apud Bellarminum est quinta. Quamquam hæc propria classis non est, quæ locos conglorbar, non vnus argumenti. Hi quinque sunt, etsi duos tantum Bellarminus se legete finxerit. Primus Genes. 4. Secundus 9. ad Rom. tertius prioris ad Corinthios 3. quartus Ecclesiastici decimo quinto. Quintus Luca 10. Singulos examinemus, & hoc capite primum.

II. Primus ita habet, Cainum iam contra fratrem scelus meditantem Dominus increpans, *Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Sic legitur in editione Latina vulgata.

III. Hic Bellarminus confidenter, tot pene esse argumenta, quot verba. Nam & hanc interrogationem, *Quare iratus es, & concidit vultus tuus,* indicare potuisse Cainum, si voluisset, non irasci, & non tristari? Tum illam conditionem, *Si bene, si male,* ostendere liberum voluntatis arbitrium. Sed denique, quid est, *Sub te erit appetitus eius,* nisi in potestate tua erit peccati cupiditas? Et quid significat, *tu dominaberis illius,* nisi poteris, si volueris cupiditati resistere, & ita efficere, vt non regnet peccatum in tuo mortali corpore?

IV. Sed priora duo argumentationis momenta ad alias classes pertinebant, prius ad caput huius libri quintum, posterius ad septimum, itaque à Caluino, hoc loco dissimulata: imo etiam ab aliis Papistis obicientibus, Romæ, Alphonse, Arboreo. Et tamen ad vtrumque; paucis ego nunc. In primo, quo concluditur Cainum, si voluisset, potuisse irasci, & non irasci, primum esse scædam principii petitionem, cum id supponitur, quod quaeritur. Nam, quia liberum arbitrium, reapse nihil differt à voluntate Caini: ergo cum quaeritur, vtrum ex libero arbitrio potuerit non irasci, & non contristari: hoc ipsum quaeritur, vtrum potuerit velle non irasci, & non contristari. Et qui dicit potuisse ex libero arbitrio, si voluisset, irasci, & non irasci, is dicit potuisse si voluisset, velle irasci, & non irasci, quæ inepta est *φλυαία.*

V. Deinde irasci, & tristari, per se non sunt peccata, sed tantum male irasci, male tristari. Legitur enim alias vtrumque in bonam partem. Nam & Moses, Exodi 16. dicitur iratus fuisse, & Paulus ad Rom. 9. testatur sibi tristitiam magnam fuisse. Quinetiam ad Ephesios 4. *Irascimini,* inquit, *& ne peccate.* Et hinc constaret Cainum libero suæ voluntatis arbitrio potuisse irasci, vel non tristari, vel non: tamen non sequeretur, potuisse non peccare, quia etiam non irascendo peccetur. Et sine dubio, si non fuisset iratus fratri ob acceptum eius sacrificium, id accidisset ex stupore, & contemptu rerum cælestium, id est, amoris diuini, quomodo athei susque deque habent, quicquid est religiosum. Nec poterat Cain, permissus suo arbitrio, aliter agere, quam male, siue irascere, siue minus.

VI. In se. un. lo. illud de libertate arbitrii importunum est, quia non satis distinctum. Nostra enim nlla quaestio est, vtrum sua sit Arbitrio libertas, quod sepe restatum, sapius repetendum est, propter aduersariorum importunitatem. Quid ergo? nempe quid, quantumve ea valeat ad bonum libertas, an quiritur. Atqui hæc conditio, si bene, si male, non quid posset Cain, ostendit, sed tantum, quid esset in vtramvis partem consequens. Nisi forte illam arbitrii libertatem interpreter quis potentiam remotam, vt sensus sit, quasi cum dicimus posse truncum arboris fieri tabulam, nimirum, quia hæc sit arboris natura, vt secari, complanariq; possit in tabulam. Nam certe hoc sensu hanc libertatem arbitrii, nos etiam ex hoc loco, & aliis plurimis probari concedemus, quia arbitrium, etsi est ita corruptum à peccato, vt à se non sit bonum, non certe magis quam truncus, per se complanatus, ac proinde non possit bene agere, tamen ita factus est à Deo, vt bonum fieri possit per gratiam, ac tum bene agere. Sed hoc nihil ad rhombum. Nam etsi ligna ita sunt natura facili, vt cædi queant, complanarique in tabulas: tamen nemo concludet, ab ipsa sui natura truncum fieri tabulam. Sic etsi ita sit flexile arbitrium, vt per gratiam diuinam reformari possit in bonum, tamen absurdum est concludere naturales arbitrii vires in bonum. Imo contra. Nam si eæ vires essent à natura, nulla opus esset reformatione.

VII. Sed enim reliqua duo, de Appetitu, & Dominatione, propria sunt huius loci momēta, & sola vrgentur ab aliis Alphonse de Castro: Si dominatur homo appetitui, falsum est, quod homo vitare non possit peccata, quæ ab appetitu proficiunt. Arboreus: Quid quaeso, his verbis apertius vnquam dici potuit ad exprimendam liberi arbitrii facultatem? Ne in appetitum ad malum procliuem, suam culpam rejiceret Cain, quod non ea prudentia eaque rationis lege sua munerat Deo obtulerit, qua debuit, dicit Dominus, ne accusaret appetitum sensitium. Tibi appetitus subicietur, eumque rectæ rationis freno coerebis & moderaberis, nec tibi, nisi velis, imperabit.

VIII. Verum respondent Caluinus, & Martyr dupliciter. Primo falli Papistas, qui hæc verba, de Appetitu, & subiectione, referant ad peccatum

ipſius Caini. Ego addo, quofdam eo impudentiæ progreſſos, vt non tantum interpretando mentem peruertant: ſed etiam citando locum falſent. Certe Romæus ſic recitauit, Subter te erit appetitus peccati, & tu dominaberis illius. At Tapperus, Alphonus, Cotonus: imo & Klingius in Locis communibus cap. 5. & 8. lib. 1. Sub te erit appetitus tuus. Quæ non leuis eſt culpa. At Caluinus, & Martyr, contendunt hæc referenda ad Abelem. Eſſe enim Deo propoſitum, iniquitatem inuidiæ; in fratrem conceptæ, arguere. Id fieri duplici ratione, & quod fruſtra meditatetur ſcelus, quo fratrem præcelleret apud Deum, apud quem nullus honor, niſi iuſtitia; & quod nimium ingratus eſſet iam accepto Dei beneficio, qui ne ſubiectum quidem ſuo imperio fratrem ferre poſſet. Porro ne appetitus intelligatur peccati, obſtare Hebraicæ Grammaticæ rationem.

IX. At Bellarminus contra, conſtanter: hoc loco, non de Abele, ſed de peccato Deum eſſe loquentum. Probat primo ex ratione Grammaticæ. Quia pronomen eius, & illius, referat id quod paulo ante nominatum eſt. At paulo ante peccatum erat nominatum: Abel autem nuſquã. Secundo ex communi ſenſu Interpretum. Ambroſii lib. 2. de Cain, c. 7. Hieronymi in quaſtion. Hebraicæ. Auguſtini de Ciuitate Dei lib. 15. cap. 7. Proſperii de Vocatione Gentium c. 4. Gregorij Moralium 4. c. 12. Item Eucherij, Bedæ, Rupertij, Abulenſis, Lyrani, Caietani, Gloſſæ ordinariæ, & Interlinearis. Deinde etiam ſi de Abele intelligas, probari tamen liberum arbitrium. Neque enim Deum conaturum fuiſſe mitigare animum Caini, promittendo illi primatum, niſi ſciſſet potuiſſe reuocari à concepto ſcelere, & in arbitrio eius eſſe exorta cupiditati reſiſtere, vel conſentire.

X. Reſpondeo, locum iſtum variis variorũ, tum verſionibus, tum commentariis fuiſſe agitatum. Primum enim Verſiones excuſari non poſſunt editionis quam habemus, tum Græcæ, tum Latinæ vulgaris. Græca ſic habet, & tu dominaberis illius, quæ certe quomodo excuſari poſſint, non video, nec conatus eſt Steuchus tueri, quod a ias tamen facit ſtudioſe. Primum, vnde illud, sub te? Nam Hebraice eſt תַּחְתֶּיךָ, quod nunquam ſignificare poteſt sub te, ſed ad te, vt verterunt Pagninus, Munſterus, Leo Iudæ; imo & Septuaginta, & Hieronymus. De Appetitu, libenter taceam, cum videam non tantum Pagninum, eodem vti: Leonem Iudæ & Munſterum exprimere deſiderium: ſed etiam Iudæos nonnullos conſentire. Nihil tamẽ obſtat, quominus moneam verbum, תַּחְתֶּיךָ, vnde hic תַּחְתֶּיךָ nunquam occurrere hoc ſenſu, ſed excurrendi, aut redundandi, vnde non longe abeſt illa Septuaginta, ſive & Hieronymus, in Quaſtionibus Hebraicis, locietatem dixit.

XI. Iam Latinus Interpres, Si bene egeris, recipies: Sin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. Hæc iam paulo audacius. Nam &, recipies, non nihil recedit ab Hebræo תַּחְתֶּיךָ, quod tollere, eleuare ſignificat: & illud ſtatim, Hebraice non eſt, & illud aderit, pro cubare poſitum eſt, & quidem futurũ pro præſenti. Et tamen tolerari iſta poſſunt. Pagninus vertit. Nonne ſi bene feceris, erit acceptatio: quod ſi non bene feceris, in foribus peccatum cubat? Munſterus, Nonne ſi bene egeris, erit ſubleuatio, & ſi non bene egeris, ad fores peccatum cubat? Leo Iudæ, Nonne ſi bene egeris, feres, & ſi non bene egeris, ad fores peccatum cubat?

XII. Sed in ſequentibus momentum eſt, longe maius, Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, quæ certe quomodo excuſari poſſint, non video, nec conatus eſt Steuchus tueri, quod a ias tamen facit ſtudioſe. Primum, vnde illud, sub te? Nam Hebraice eſt תַּחְתֶּיךָ, quod nunquam ſignificare poteſt sub te, ſed ad te, vt verterunt Pagninus, Munſterus, Leo Iudæ; imo & Septuaginta, & Hieronymus. De Appetitu, libenter taceam, cum videam non tantum Pagninum, eodem vti: Leonem Iudæ & Munſterum exprimere deſiderium: ſed etiam Iudæos nonnullos conſentire. Nihil tamẽ obſtat, quominus moneam verbum, תַּחְתֶּיךָ, vnde hic תַּחְתֶּיךָ nunquam occurrere hoc ſenſu, ſed excurrendi, aut redundandi, vnde non longe abeſt illa Septuaginta, ſive & Hieronymus, in Quaſtionibus Hebraicis, locietatem dixit.

XIII. Verum, hæcenus de vocibus. Maior controuerſia eſt de ſenſu: verum appetitus Abelis intelligendus ſit, & Abel ſubditus, an potius peccatum. Bellarminus peccatum maualt, & omnes Paſiſtæ. Prima ratio, a pronomine eius, illius, quod referendum ad id, quod nominabatur Reſpõdeo, veriſimile eſſe argumentum, ſed non neceſſarium. Nihil enim obſtat, quominus referri poſſit ad tacitum aliquid, quod tamen colloquentium vt ique ſit cognitum. Aliõ qui quid Bellarminus faciat hoc ipſo loco Interpretibus Septuaginta, qui neque Abelem expreſſerunt, neque peccatum, & tamen & Hieronymus, in Quaſtionibus Hebraicis, locietatem dixit.

XIV. De Interpretibus: intelligo omnes Latinos hac iuiſſe. At in Græcis Chryſoſtomum alio. Homil. in Geneſim 18. Ne putes, inquit, licet tuum auerſatus ſim ſacrificium ob prauam mentem, fratrisque oblationem acceptam habuerim ob ſanam intentionem, quod ideo primatu te deſtituam, & primogenitura dignitatem à te auferam. Nam licet honore ego illum proſequutus fuerim, acceptaque fuerint illius dona, veruntamen ad te conuerſio illius, & tu ipſius dominaberis, atque poſt peccatum hoc, permitto, vt primogenitura & priuilegiis gaudeas, illumque ſub tua poteſtate & dominio eſſe iubeo. Idem ſuſius contra Iudæos homil. 6. & tu dominaberis illius, quæ certe quomodo excuſari poſſint, non video, nec conatus eſt Steuchus tueri, quod a ias tamen facit ſtudioſe. Primum, vnde illud, sub te? Nam Hebraice eſt תַּחְתֶּיךָ, quod nunquam ſignificare poteſt sub te, ſed ad te, vt verterunt Pagninus, Munſterus, Leo Iudæ; imo & Septuaginta, & Hieronymus. De Appetitu, libenter taceam, cum videam non tantum Pagninum, eodem vti: Leonem Iudæ & Munſterum exprimere deſiderium: ſed etiam Iudæos nonnullos conſentire. Nihil tamẽ obſtat, quominus moneam verbum, תַּחְתֶּיךָ, vnde hic תַּחְתֶּיךָ nunquam occurrere hoc ſenſu, ſed excurrendi, aut redundandi, vnde non longe abeſt illa Septuaginta, ſive & Hieronymus, in Quaſtionibus Hebraicis, locietatem dixit.

tatur, partim cum Chryſoſtomo, partim vt de oblatione intelligat, quæ cum Deus eam non acceperit, redeat ad ipſum, adeo vt nihil ei deperierit. Qui ſenſus placuerat etiam Baſilio Seleuciensi, homilia de Cain & Abel. Sic in diuerſa abeunt interpretes: ſinguli induſtriam ſuam exercentes, & probabiles coniecturas aucupantes. Quo minus mirum, ſi ab iis modeſte aliquando recedamus, nec ſine grauibus cauſis.

XV. Enimuero hoc loco, nõ ſunt nullæ cauſæ, aut nihil. Prima proprietates Grammaticæ. Et hic ſcio à Caluino, à Martyre, ab aliis nonnullis proferri pronominum illorum genus, quia ſint illa Hebraice maſculina, cum תַּחְתֶּיךָ, peccatum, ſit fœmininum. At hoc ego fateor eſſe nullius momenti, tum quia alias ea ipſa vox inuenitur maſculina, tum quia hoc ipſo loco תַּחְתֶּיךָ participium, cum ea conſtructum, eſt maſculinum. Sed ego aliud argumentum profero, idque geminum.

XVI. Primo, cum certum ſit illud sub te, eſſe adulterinum, legendum autem, ad te, quod ſenſu dici poteſt, Ad te erit appetitus peccati? At de Abele, nihil abſurdi. Cum aut a capite tertio, mulieri dictum ſit, תַּחְתֶּיךָ, Latinus vertit, Sub viri poteſtate eris. Nec abnuo. Sed ſi, is cuius appetitus eſt ad alium, eſt etiam ſub eius poteſtate, at nõ continuo, qui eſt ſub alicuius poteſtate, eius deſiderium eſt ad illum. Nam ipſa verba non ſimpliciter ſubiectiõnem ſignificant, ſed voluntariam. Nec, credo, de trunco qui eſt in poteſtate fabri, ſic quiſquam loquatur. Imo nec de Diabolo, qui eſt ſub poteſtate Dei, nam, contra, eius voluntas à Deo quam maxime eſt auerſa. Et poteſt illuſtrari, ex phraſi relatiua, quæ exſtat Canticoꝝ c. 7. אֲנִי לַדְּרִי נָעִלָה תְּשׁוּבָתוֹ. Ego dilecto meo, & ſuper me conuerſio eius. Vbi non dubito certo conſilio dictum נָעִלָה, ſuper me, vt indicaretur ſponſi ſolicitudo conſeruandæ, tuendæ que ſponſæ, vt appareat relatiue dici de ſuperiori, תְּשׁוּבָתוֹ. Et de inferiori, תְּשׁוּבָתוֹ אֵיךְ. Nec crediderim, de rebus, quæ quomodo eunquẽ ſunt aliis ſuperiores, dici poſſe, quomodo de ſponſo ſuo ſponſa.

XVII. Secundo, תַּחְתֶּיךָ, cum reperitur generis maſculini, vt ſæpe in Leuitico, non id ſignificat, quod proprie peccatum appellatur, ſed oblationem pro peccato, quæ nimirum erat pro pœnis, quas debebat peccator. Itaque cum dicitur, peccatum cubare ad oſtium, genere maſculino, videtur ſumi pro pœna peccati, vt reputaret Cain, non procul abſuturum ſuo crimini debitum ſupplicium, & ita videtur peccatum intellexiſſe Chaldaeus paraphraſtes, cum dixit, In diem iudicii peccatum tuum ſeruatum eſt. Vatablus in maioribus annotationibus monet ita accipi à Iudæis. Imo in minoribus ipſe amplectitur, Peccatum, inquit, pro pœna peccati, id eſt, punitio in foribus præſto eſt, & te manet. At hæc Grammaticæ ratio, proſus non patitur, vt intelligamus, sub te erit appetitus peccati. Quo quomodo pœna patriti criminis ſubiiceretur arbitrio peccatoris? Quo ſenſu, inquam, peccator ſupplicio ſibi debito dominaretur? Aut ſi ab hoc ſenſu diſcedunt Paſiſtæ, quomodo rationem Grammaticæ ſtare docebunt?

XVIII. Sed mihi alia ratio eſt longe maxima. Quia nunquam legimus in Scripturis hominem dominari peccato: ne renatum quidem, nedũ non renatum. Nam reuato vel maximum audimus dici: Ne regnet peccatum in mortali veſtro corpore, Ad Roman. 6. Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis, Iacobi quarto. At nunquam quiſquam dictus eſt, dominum habuiſſe in peccatum. Imo, Paulus ſeipſum agnouit peccato venundatum. Quis credat, de homine prophano, certe non renato, magnificentiũ Spiritum Dei loquentum; quam de vilo vnquam renatorum? Imo quis credat, quom renati luceant: & dicant videre ſe in membris ſuis legem reſiſtentem legi ſpiritus; v oluiſſe Scripturam hunc homicidam in tantam erigere ſui confidentiam, vt peccato imperare poſſet?

XIX. Super eſt inſtantia, quæ ponit intelligendum Abelem. Quid ergo? Non conatus eſſet Deus mitigare animum Caini, niſi ſciſſet reuocari potuiſſe à ſcelere. Sed primum hæc inſtantia pertinet ad caput de correptionibus: de quibus ſatis actum. Secundo, ſupponit falſo his verbis, Ad te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, Deum conatum eſſe mitigare Cainum. At qui à iter Caluinus, propoſitum eſſe Deo iniquitatem inuidiæ in fratrem arguere.

XX. Atque hæcenus prima reſponſio Caluini ſequitur altera, quæ, et ſi concedatur peccatum intelligendum, non Abelem, tamen negat inde probari Arbitrii vires liberi in bonum æque, & malum. Nam Deum, aut promittere, aut iubere. Non promittere autem, quia contra ſequitur eſt effectus: quod de Dei promiſſionibus abſurdum eſt, vel cogitare. Si iubet, iam hæc argumentum pertinebit ad caput ſextum: vbi oſtenſum ex præceptis non conſequi Arbitrium eſſe liberum in vtrumuiſ.

XXI. Bellarminus primo: Deum, nec iubere, nec promittere, ſed tantum ſignificare, peccatum eſſe in poteſtate peccantis: proindeque monere Cainum, in tuo arbitrio eſſe cupiditati peruerſæ aſſentiri, vel non aſſentiri: ideoque det operam, vt non vincatur, ſed vincat, niſi grauius puniri velit. Secundo, et ſi daretur Deum iubere: tamen neminem iubere impoſſibile. Tertio, ſi promitteret, intelligi conditionem, ſi fortiter pugnaret.

XXII. Sed in primo Bellarminus diſſentit ab Hieronymo, qui in quaſtionibus Hebraicis vertit, Et ad te ſocietas eius: ſed tu magis dominare eius. Et ſenſum eſſe addit, Quia liberi arbitrii es, moneo vt non tibi peccatum, ſed tu peccato domineris. Ab Hieronymo non alienus Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 15. cap. 7. Poteſt ita intelligi ad ipſum hominem conuerſionem eſſe debere peccati, vt nulli alii quam ſibi ſciat tribuere debere quod peccat. Hæc enim eſt ſalubris pœnitentiæ medicina, & venia petitiõ non incongrua, vt vbi ait, Ad te enim conuerſio eius, non ſubaudiatur erit: ſed ſit præcipientis videlicet, non prædicantis modo. Item Proſper de Vocatione Gentium lib. 2. cap. 4. Ad te potius tua culpa reuocatur: noli peccato regnum in te dare, ſed tu potius in ipſum ſume dominatum. Eucherius etiam verba ab Hieronymo mutuatur. Nimirum ergo ſibi Bellarminus arrogauit, qui cum audiret aduerſarium de promiſſione, aut imperio loquentem, ipſe ſignificationem nudam aſſerat, & aſſerat tantum, non etiam probet, vel argumento vel coniectura.

XXIII. Veruntamen hæc verba, vel potius quomodo ſignificant? Nam hoc vereor, vt ſatis attente Bellarminus conſiderarit. Suntne in præſenti, an in futuro? In præſenti videtur Bellarminus velle, peccatum eſſe in poteſtate peccantis. Sed primum, cur ergo interpres dixit, Sub te erit, tu dominaberis.

minaberis. Et non potius, *sub te est*? nam Hebraice quidem nihil obstabat. Et ita oportebat, si verum docent Papista, qui & nunquam amitti liberum arbitrium, & ita libertatem interpretantur, ut nulla sit, nisi in potestate habeat peccatum. Sed videtur interpret non ausus. Nam reuera, qui potuit dici sub Caino tum temporis esse appetitum peccati, qui ipse totus erat peccati? Imo quomodo Caino plus tribueret Scriptura, quam vnquam vlli renato, quam diu in hac fuit vita? Nam certe Paulus se ipsum agnouit venundatum. Ad haec, illud, *tu dominaberis*, manifesto est in futurum Hebraice. Quid ergo? itane placet peccatum in tua est potestate: & tu dominaberis eius? Atqui si in eius erat iam tum potestate, certe iam tum etiam dominabatur ei. Nam qui potest, quis cogitare aliud esse dominari, aliud habere in potestate? Imo ipsi Papista contradicunt, qui liberum arbitrium constituunt in dominio suarum cuiusque actionum.

XXIV. Quod si in futurum: ergo aliquid significatum esset, quod tum temporis nondum erat. Si ergo non est liberi arbitrii homo, qui non habet in sua potestate peccatum: & tum temporis Cainus non habebat, sed habiturus erat: non erat igitur tum temporis liberi arbitrii, sed tantum futurus erat. Quod viderint Papista vtrum sint concessuri.

XXV. Ad secundum de iussione, nihil est noui. Nemo, inquit, iubet impossibile. *Secunda* de iussione olim facta actum, cap. 6. ut non sit opus denuo eam telam texere.

XXVI. Restat promissio. Negabat Calvinus esse promissionem. Nullas enim Dei promissiones carere euentu. At hanc carere euentu. Ergo non esse promissionem. Respondet Bellarminus, posse esse promissionem sub tacita conditione, si certaueris. Calvinus prauiderat. Et quis, inquit, has ambages capiat? Negat Bellarminus esse ambages: nihil enim esse clarius, quam vnice, si certaueris: ut apud Paulum, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Sed hic facile negotium. Ambages Calvinus Papistarum dixit. Nam quis ferat? Primo vertunt pro arbitrio, *Sub te erit*, cum dicendum fuerit, *ad te*. Secundo interpretantur pro arbitrio, vel significando, vel imperando, vel promittendo. Tertio subaudiunt pro arbitrio. Ita & quae scripta sunt torquent, & quae non scripta ingerunt. Et has non appellasset Calvinus ambages? Hoc certe modo, vel Deum nullum esse, facile quis probaret ex Scripturis. Si, inquam, haec libertas conceditur, vertendi, interpretandi addendi pro arbitrio.

XXVII. Et tamen impotentem hanc dissimulemus importunitatem: demusque non addere de suo Papistas: sed legere toridem literis, Si certaueris: siue ut est apud Paulum, si legitime certaueris, dominaberis peccato, Quid tum? Exclamabit Iesuita. Quid clarius? Sed quorsum, inquam? ut probetur liberum arbitrium habere peccatum in sua potestate? At ego hoc nego. Certa ratio. Quia, si certaueris legitime, non significat fuisse in potestate Caini, certare legitime, & nos negamus a quoquam fieri, nisi accepta gratia. Cainus autem gratiam a Deo non acceperat: itaque non poterat legitime certare. Si ergo dominari non potuit, nisi prius legitime certaret: omnino dominari peccato non potuit. Itaque non probat hic locus arbitrii aequam ad bonum, malumve libertatem, siue indifferentiam.

CAP. XIV.

De locis ad Rom. 9. Et 1. Cor. 3. Luca 10. Ecclesiastici 15.

I. SVper sunt loci ex Epistola ad Romanos: ex Corinthios: ex Ecclesiastico: Ex Luca. Priores duos cum quarto Bellarminus pro neglectis habuit. Itaque breuiter videamus.

II. Scripsit Paulus 9. ad Romanos, *Nempe igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*. Ergo, in quibus nonnulli, aliquid est in voluntate, & conatu hominis, quod per se licet imbecillum, tamen adiutum misericordia Dei, prospero successu non careat. Et addebant auctoritatem Origenis, & Hieronymi. Ille libro 7. in hanc Epistolam, *Quod dixit, Neque volentis, neque currentis, sed miserentis, est Dei, ita accipitur, sicut Dauid dicit in Psalmo, Nisi Dominus adificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui adificauerunt eam, nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. In quo ostenditur, non quod is qui domum adificat, nihil agit, & otiosus sit, & ita eam adificet Dominus: sed ipse quidem quantum est in homine, vim sollicitudinis, & laboris expendat, sic ut, obstaculis omnibus amotis, opus veniat ad perfectum. Et post, Ita ergo etiam in presenti loco, *sumus dicere*. Itaque neque qui currit, est aliquid, neque qui vult, sed qui effectum dat Deus. Qui enim vult, & qui currit, hoc videntur esse, quod est ille qui plantat (videtur locus mutilus, addendumque, & ille qui rigat, vnde & cum qui plantat) & eum qui rigat nihil dicit esse Apostolus: non quod nihil agant: sed quod ad comparationem Dei, qui incrementum dat operi, vel effectum, nihil esse ducantur. Hieronymus Dial. 1. contra Pe'agianos, *Oro te, non legis: Non enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Ex quibus intelligimus, nostrum quidem esse, velle, & currere. Sed ut voluntas nostra compleatur, & cursus, ad Dei misericordiam peruenire: atque ita fieri, ut in voluntate nostra, & in cursu, liberum seruetur arbitrium, & in consummatione voluntatis, & cursus, Dei cuncta potentia relinquatur.**

III. Respondeo, negari consequentiam. Et oppono Augustinum Enchiridii cap. 32 disputantem ex professo aduersus eam consequentiam, *Quomodo ergo non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, nisi, quia & ipsa voluntas, sicut scriptum est, a Deo preparatur? Alioquin, si propterea a dictum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia ex utroque sit, id est, ex voluntate hominis, & misericordia Dei: ut sic dictum accipiamus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, tanquam diceretur, non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei: non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis, ac per hoc, si recte dictum est non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet: cur non, & contrario recte dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porro, si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo apertissime contrarietas: restat ut propterea recte dictum intelligatur, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam, & reparat adiuuandam, & adiuuat preparatam. Praecedat enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia: quae autem non praecedat ipsa, in eis est & ipsa. Nam vtrumque legitur in sanctis Scripturis, & misericordia eius prae-*

uenit me, & misericordia eius subsequetur me. Nolentem praeuenit, ut velit: Nolentem subsequitur, ne frustra velit. Sed & Anselmus non male, Quandoquidem nullo precedente merito, Deus per misericordiam elegit Iacob, & sic ceteros: igitur non volentis, neque currentis, id est, operantis est, ut praeueniat ad vitam, sed miserentis est Dei, qui praestat illi misericordiam. Si hoc inquit, recipimus, ut faciat Deus, quodcumque voluit, & absque merito, & operibus, ut eligat eum, vel condemnet: igitur non est volentis, neque currentis hominis, sed miserentis Dei. Non ergo ideo miserentis est Deus, quia voluit & cucurrit Iacob: sed ideo voluit, & cucurrit Iacob, quia miserentis est Deus. Paratur enim voluntas a Domino, & a Domino gressus hominis diriguntur.

IV. Et si nulli tamen vnquam fuissent interpretes, vix fides quenquam allucinari potuisset, in tam perspicuo contextu. Agit Paulus de Aeterna Praedestinatione. Hanc negat esse volentis, aut currentis. Atqui tom. 2. lib. 3. probatum, nullam eius causam esse praeter voluntatem Dei. Quomodo igitur praesupponat, voluntatem, aut cursum? Deinde agit de Iacob, & Esau, adhuc in vtero existentibus. An volebant illi, & currebant? Minime omnium. Itaque, aut hoc non pertinet ad eos, aut consentiendum, neque volentis, neque currentis, ita intelligendum, ut significet nullam esse praeuiam voluntatem, nullum cursum: contra quam aduersarii sentiebant.

V. Alius locus erat ex prioribus ad Corinth. 3. *Dei sumus adiutores*. Sed hoc facile est. Quia non agit Apostolus de omnibus hominibus, sed de solis Verbi ministris, quorum opera Deus vitur. Et quidem sic, ut eos a seipsis non idoneos, ipse faciat idoneos, instruatque necessariis dotibus. Theophylactus, *Qui alios instruimus, Deo cooperamur: quippe qui operanti Deo, & ipsi operam nostram praestamus, qui omnium salutem percipit. Nec tamen in nostra est potestate, vel operari, vel largiri salutem.* Imo ipse Paulus eiusdem Epistolae 15. *Amplius quam isti omnes laboraui: non ego tamen, sed gratia Dei quae mecum est.* Ergo primum, cum non agat de omnibus hominibus Paulus, sed tantum de ministris Verbi, non potest hic locus pertinere ad Liberum arbitrium, quod aut nullum est aut est omnium hominum. Deinde, cum ea cooperatio praesupponat gratiam, quae in Apostolo laboraui, ea non potest esse ex solis viribus arbitrii, quas haec controuersia inquit.

VI. Ex Luca 10. citant frequenter Viatorem, qui in latrones cum incidisset, vulneratus est, atque in viam proiectus, semiuuius, significare calamitatem generis humani. Et quia non extinctus dicatur, sed relictus semiuuius. Ergo hominem peccato non enectum, sed saucium duntaxat, retinuisse aliquos bonorum priorum reliquias.

VII. Respondet Calvinus, primo argumentum esse allegoricum. At allegorias non habere vim demonstrandi: potissimum eas, quae praeter mentem Sp. Sancti. Hanc vero esse eiusmodi. Quinimo enim cuiuslibet manifestum, eo loci Dominum velle ostendere, quis sit proximus intelligendus, quam adrem nihil profecto confert controuersia de Libero arbitrio.

VIII. At propter hanc sententiam grauitur Salmeroni Calvinus vapulat, tract. 16. tom. 7. Haec ille nebulo, inquit, insultans Patribus antiquis, & magno false scientiae vento inflatus, pronuntians quasi de tripode, & nullam rationem adducens, ad sua somnia stabilienda, praeter insignem quandam, & impudentem ignorantiam, cum haec dogmata, & in Ecclesiis sint recepta: & Veterum Patrum testimoniis confirmata. Audin Iesuitam: Absit ut reueramus quicquam praeter illud solenne, *insigne*.

IX. Sed enim, quae tanta indignationis causa? Nam duo Calvinus dicit, primo esse allegoriam, secundo allegorias non habere vim demonstrandi. Quid est ergo, quod ferre non possit Iesuiticus Spiritus? An primum? Atqui respicit loquitur. Nam literalis sensus is est, quem autor intendit, teste Thoma part. 1. quaest. 1. art. 2. At Christus autor huius dicti, intendit, docere quis sit habendus nobis proximus. Id patet, quia ea de re interrogabatur. Et ita explicant, Caietanus, Ianfenius, Maldonatus: ipse etiam Salmeroni. Ergo ille alter de casu humanae naturae, necessario est allegoricus: ideoque nihil hac parte Calvinus peccauit. An igitur altera? Atqui concessum apud ipsos Scholasticos, sensum allegoricum non esse argumentatiuum, ut ostensum a nobis est 1. tom. lib. 16. cap. 2.

X. Et tamen inquiramus, si placet, in huiusmodi allegorica aeterna, *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico*. Hic homo, inquit Salmeroni, primum est, & quidam, hoc est, singularis in creatione. Hic dum altius quam par esset, voluit ascendere, iuxta promissa sibi a daemone, *Eritis sicut dii*, reuera descendit: & volens occupare primum locum, ad postremum eiectus est, & descendebat, praeterito imperfecto: semper enim humana natura ad malum facilis est, & instar lapidis ad inferiora descendit. Ab Hierusalem a visione pacis, & securo loco, in regionem periculosam: in Hierico anathemate percussam, & de qua nihil tollendum: siue, quia Hierico dicitur Luna; in mundum a Domino execratum, & anathematis muerone percussam, & Protheo inconstantiorem. Incidit in latrones, id est, Daemones, qui primum spoliarunt gratuitis, & diuinis donis: deinde plagas infixarunt, ignorantiam veri, imbecillitatem ad bonum, malitiam, & pronitatem sensus ad malum: tertio abierunt, cessarunt ab actu tentandi, & ceu victores capta praeda, ad alios seducendos, & spoliandos. Denique reliquerunt semiuuium, vel, ut Graecè melius, semimortuum, quia liberum arbitrium in homine non est omnino mortuum, & extinctum, ut Manichaeus, & Lutherus impie asserunt: nec omnino viuam, & sanam, ut mentitus est Pelagius, sed infirmum & debile.

XII. Quam belle! quam lepide! quam concinne! Nemo prima fronte non iuret, ita omnia ad amissim respondere, ut non sit ouum ouo similis. Sed introspiciamus, ne forte speciosa incrustatio, nihil regat nisi cadauera. Primum, quid illud *homo quidam*, id est, singularis, siue illustris? Cum potius promiscuus intelligi debuerit. Sic enim solent inchoari parabola. Matth. 21. *Homo quidam habebat duos filios*. Sic Luca 14. 15. 16. & alias. Quibus omnibus locis Syrus interpret vertit *הוה יחיד, homo vnus*. Quid ergo? singularis iis locis hominem primum intelligi suadet Salmeroni, & singulariter? Absurdum.

XIII. Descendebat ab Hierusalem in Hierico. Hic vero mihi exponite, & vos diuinissimi Hierophantae, harumque rerum consultissimi, quinam hoc de primo illo, singularique homine intelligam. Nam latrones prope modum video non illepide Daemones appellari, & spoliatum etiam facile video, vulneratumque, qua mente dicatis. Sed est in hoc descensu, quod

quod me male habet. Primo sine dubio ille viator ab Hierusalem descen-

XIV. Tum Hierico, significat hunc mundum anathemate confossum. Hoc vero, cuiusmodi est? Ergone anathemate confossum mundus, ante

XV. Ignoscite, o boni: vix risum continui, cum ab illo quodam homine, id est, primo, id est, singulari, audiui latrones illos, demonas debui: imo de-

XVI. Verum hæc forte minutiora sunt, quã vt nos crassi Bataui capiamus: ideo cum Caluino, nebulones indigetandi, & falsæ scientiæ vento in-

XVII. Veruntamen Caluinus etiam dissimulata ista allegoriarum pruriginem, vim vllam negat esse argumenti. Nihil enim aliud confici, cum semi-

XVIII. Superest Ecclesiasticus. Inuidiosissimus, inquit Bellarminus, & tam peripicuos, vt nulla declaratione indigeat. Audiamus ergo, Cap. 15.

XIX. Respondet Caluinus, primo, librum non esse Canonicum: itaque exiguae autoritatis. Secundo, loqui de Statu primi hominis ante lapsum, cum accepisset à Deo facultatē adipiscendæ vitæ, & mortis. Sed hanc facultatem post amissam. Ideoque Solomonem Ecclesiasticus 7. scripsisse, Solu-

XX. Instat Bellarminus: & ad primum: non posse à Caluino Ecclesiasticum repudiari, nisi sibi constare nolit: quia recipiat Epistolam Iacobi, & Iudæ, quæ non minus dubiæ fidei olim fuerant, quam Ecclesiasticus: & debere eum vel cum Lutheranis repudiare omnes libros qui aliquando dubii fuerint: vel cum Ecclesia recipere eos omnes, quorum autoritas in Sacris Conciliis declarata est. Constat autem in Concilio Carthaginiensi tertio, can. 47. inter libros Canonicos, & diuinos Ecclesiasticum esse numeratum. Deinde, quia profiteatur se esse discipulum Augustini: at hic Ecclesiasticum, non solum numerat inter Canonicos, lib. 2. de Doctrina Christiana, cap. 8. sed etiam de Gratia & libero arbitrio c. 12. citat ad probandum liberum arbitrium.

XXI. Respondeo, merito Ecclesiasticum à Caluino negari Canonicum. Nam ita esse iam pridem confectum est Tomi i. lib. 4. vbi actum, & de Cõ-

cilio Carthaginensi, & de Augustini libro de Doctrina Christiana Certum Epistolam Iacobi & Iudæ non minus fuisse fidei dubiæ, quam Ecclesiasticum, falsum est: semper enim à maiori parte Ecclesiarum recepta fuisse: non autem Ecclesiasticus. Tum autem hæc non est sola causa repudiandi Ecclesiasticum. Accedunt aliæ, quibus cum nihil est commune illis Epistolis: hæc causas enumerauimus eodem quarto Tomi primi. Admittere autem Caluinum cum Ecclesia omnes libros Canonicos certo certius est: sed hunc in Canonicis ab Ecclesia numeratum, non docet Bellarminus. Discipulum esse Augustini, verum: sed non quomodo Iesuitæ discipulos volunt, cæca obedientia stupidos: itaque libenter abstinere huius libri autoritate, quamuis eam Augustinus aliquoties inducere non dubitavit.

XXII. Ad secundum Bellarminus. Ex Ecclesiastico colligi non solum primum hominem cum libero arbitrio conditum fuisse: sed etiam idem in posteris remansisse. Ratio prima: quia paulo ante dixerat, Ne dicas, per Deum abest: non dicas, ille me implanauit: id est, ne referas in Deum causam sceleris tui: & continuo rationem adiungit, Quoniam Deus hominem constituit, & reliquit in manu consilii sui: quæ ratio nihil efficeret, nisi significare vellet liberum arbitrium initio datum primo homini, permanere in posteris. Altera ratio: quia hæc verba, Si volueris mandata seruare, conseruabunt te. Ante hominem vita & mors: quod voluerit, dabitur ei: Apposuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris porriges manum tuam; apertissime testantur Ecclesiasticum alloqui homines, qui nunc sunt, & illis concionari, qui possunt ex eius cohortatione proficere

XXIII. Respondeo, Primo ita sensisse autorem Hypognotici, lib. 3. c. 2. Quid est, & reliquit eum in manu consilii sui, nisi, dimisit eum in possibilitate liberi arbitrii sui? In manu enim possibilitas intelligitur. Ipsa est prima gratia, qua primus homo stare potuisset, si seruare mandata Dei voluisset. Hæc ergo, per inobedientiam, desolat us homo, iudicio iusto factus est serpens, id est, Diabolo, cui maluit obedire quam Deo, captiuus. Similiter Driedo de Gratia & libero Arbitrio, libri 2. tract. 2.

XXIV. Ad rationem Bellarmini, remansisse in posteris liberum arbitrium, idem quod in Adamo, homonymum esse: posse enim intelligi vel simpliciter, vt sint posteris libero arbitrio præditi: vel vt tali per omnia, quale erat in Adamo ante peccatum. Illud verum esse, nec nunc contronerti: hoc vero falsum, & disputari nec colligi ex verbis Ecclesiastici. Fateor impugnari eos, qui in Deum referunt causam suorum scelerum: & impugnari hæc ratione, quod Deus ab initio hominem condiderit, & reliquit in manu consilii sui. Sed esse hanc inutilem rationem, nisi admitatur in posteris liberum arbitrium tale, quale in Adamo ante peccatum; hoc ego non video: nec debuit Bellarminus tantum sibi tribuere, vt diceret, nec probaret. Imo contra video. Quia enim Adamus, suo vitio liberum arbitrium quale habebat, perdidit, vt loquitur Augustinus: nec sibi soli perdidit, sed & posteris: Ergo posteris habent in se originem tentationum: imo originem mali, à quo tentantur: non autem à Deo. Et hæc ratio est efficacissima.

XXV. Iam Ecclesiasticum postremis verbis alloqui homines sui temporis: primo non tam facile conceditur. Cur non enim dicamus esse, siue Dei propopociam ad Adamum: siue ipsius auctoris Apostrophen ad eundem: vt magis explicaretur, quid illud esset, Reliquit in manu consilii sui? Deinde quid tum, si alloquitur homines sui temporis? Ergo, inquit, poterant ex eius exhortatione proficere. At hoc argumentum solutum est, capite quinto.

XXVI. Ad tertium Bellarminus. Ineptam esse conditionem, quam Ecclesiastico Caluinus proponit: non enim coerceri posse carnalem malignitatem, nisi concedatur homini liberum arbitrium.

XXVII. Quorsum ista, inquam? Aut quæ illa conditio est tam inepta? Audio: relegens Bellarmini scripta. Is Caluinum tertio respondentem induxerat. Si velit Ecclesiasticus non adstruere liberum arbitrium, sed solum coercere carnis malignitatem. Atqui hæc verba longe absunt à verbis Caluini, Si ad coercendam malignitatem carnis, respondeat rectitudinem homini datam esse, libenter assentio: modo rursus conueniat hominem nunc sua culpa spoliatum esse ornamentis: quibus eum Dominus initio induerat. Hæc Caluini verba: à quibus cur tanto spatio recedit Bellarminus? An quia pudebat negare hominem spoliatum iis ornamentis? Cæterum dico posse coerceri carnis malignitatem, etiam si non concedatur ei liberum arbitrium indifferens ad bonum & malum, siue in vtrumvis æque potens: quæ nostra est controuersia.

C A P. XV.

De locis Deut. 30. Ios. 24. Ecclesiastici 31. & I. Cor. 7. & 2. Cor. 9.

I. Venio ad octauam eandemque postremam classem locorum à Caluino prætermisitorum. Primus locus Deut 30. Considera, quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum: & contrario mortem & malum. Et post, Testes inuoco caelum & terram, quod proposuerim vobis vitam, & mortem: benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam: vt & tu viuas, & semen tuum. Similis est Iosua 24. Optio vobis datur: eligite hodie, quod placet: cui seruire potissimum debeatis: virum Diis, quibus seruiuerunt patres vestri in Mesopotamia: an diis Amorrhæorum, in quorum terra habitatis: ego autem, & domus mea, seruiemus Domino. Hi loci de moralibus agunt: & dant optionem hominibus sui temporis. Nihil autem magis proprium est liberi arbitrii, quam electio.

II. Respondeo: non in optione proposita: sed in optione facta liberi Arbitrii vires considerari. Probo, quia etiam rebus arbitrio libero carentibus optio potest proponi. Sic olim ille canibus iisdem offam proposuit, & prædam: nec tamen canes liberi arbitrii: quod euentus ostendit: cum, prout assuetus fuerat, ita ruit, ad offam alter, alter ad prædam. Et infantibus, quoties optio proponitur pomi & nummi? qui tamen, contempto nummo, pomum capiunt, non certo iudicio, quod nondum vtuntur: sed animali appetitu? Non igitur tam attendendum, quid offeratur, quam quid,

quid, quomodo ve acceptetur. At ita se res habet, vt cum optio datur re- rum huiusmodi: nunquam homo suis solis viribus feratur in bonum: sed semper in malum. In bonum autem mouetur a gratia. Sic, cum Iosue pro- testatur, se cum domo sua seruiturum Deo: si id factum esset absque spe- ciali gratia, non tantum vires suggerente, vt efficeret: sed etiam volunta- tem mouente, vt vellet: faterer aptum esse exemplum ad hanc Arbitrii in- differentiam probadam. Sed id neque factum, neque futurum est. Itaque, nihil ista optiones oblatæ Bellarmino prodesse possunt. Et si fateamur is opportune Deum vti, tum ad eos mouendos, in quibus per Spiritum suum operatur: tum ad eos conuincendos, qui suo scelere, è duobus oblati- deterior semper eligant.

III. Hos locos excipit Ecclesiastici alius ex cap. 31. *Beatus diues, qui in- uentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est: & erit illi gloria æterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere mala, & non fecit: ideo stabilitus sunt bona illius.* En tibi, potuit transgredi, & non est transgressus; facere ma- la & non fecit. Non miratur Bellarminus à Caluino omissum locum: cum non solum non vera, sed ne verisimilis quidem responsio dari possit. Tan- ta fuit confidentia.

IV. Mirro dicere autoritatem huius libri apocrypham esse, vt in præce- denti capite: sed præterea, moneo primum, non consentire editione Latinam cum Græca. Hæc interrogationem continuat: & habet in hunc mo- dum. *Beatus diues qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit. Quis est iste, & beatum dicemus eum? Fecit enim mirabilia in populo suo. Quis probatus est in illo, & perfectus est? Et erit in gloriatione. Quis potuit transgre- di, & non transgressus est, & facere malitiam, & non fecit?* Et in hanc partem magnus est consensus exemplarium. Quid hæc autem pro Papistis faciunt? Nam videtur potius significare nullum esse, qui non transgrediat, cū po- test. Et est verissimum: nisi per Spiritum Dei procliuitas illa in peccatum, cohibeatur. Itaque caute, puto, Franciscus Lucas annotationibus in Sixti- nam recognitionem monet non facile quis pro qui substituendum.

V. Secundo, quid si ne Latina quidem editio Semipelagianos iuuat? Omnino enim certum, hominē nullum nō peccare, qui non potuerit pec- care: quomodo neminem loqui, nisi qui potuerit tacere. Neque hæc no- stra quaestio est: sed alia, vnde possit peccari, & vnde non peccari. Nam si ab eodem fonte vtrumque, cedendū Pelagianis: sed si à natura corrupta, posse peccare: & à gratia, posse non peccare, tum verò vineunt Catholici. Hic au- tem quisquis est autor, huiusmodi nihil definit Itaq; nihil nocet. Sine du- bio potuit Liberius, tum cum sollicitabatur à Cōstantio, subscribere dam- nationi Athanasii: nec subscripsit: tū igitur ille potuit transgredi, nec trans- gressus est: sed sine dubio nisi gratia ei dedisset & nolle subscribere, & pos- se in eo consilio constanter perseuerare, subscripsisset, eo abreptus a libero suo arbitrio: quomodo postea, cum desitutus est gratia Dei, subscripsit si- ue volens, siue coactus. Vt hoc exemplo scias non esse in vtrumque libe- rum arbitrium in differentes, etiam si vere is laudandus dicatur, qui cum pos- set peccare, non peccauit.

VI. Superfluit ex toto cumulo, loci duo eiusdem argumenti: Ex 7. ad Corinthios, *Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, sed pote- statem habens sua voluntatis: & hoc indicauit in corde suo seruare virginē suam, benefacit.* Et ante, *Quod vult faciat, non peccat, si nubat.* Vbi agi de bono mo- rali, probat Bellarminus, ex verbis, *bene facit, & non peccat, item post, melius facit, quibus Paulus vsus est.* Et liberam electionem haberi ab homine, euidenter dictum, modo non obstat externa necessitas, puta voti, iura- menti, an præcepti.

VII. Respondeo, primo Paulum non loqui de bono Theologico, sed ciuili. Argumentum certum, quia de nuptiis cōtrahendis: quas indifferentes concludit, in vtramq; partem: siue contrahantur, siue non contrahantur. Id significatur iis verbis, quæ Bellarminus ponderat. Si virginē suam quis tra- dit in matrimonium, non peccat: si autē seruat, benefacit. Quod nunquā quisquam dicat, vel de peccato, vel de bono ei contrario: nam vtrumq; in alteram partem certum: peccatum qui admittit, non facit bene: bonū qui omittit, peccat. Vt fatetur autē in eo Apostolus, vt conscientias liberet, qui- bus laqueum induere, tum quidam tentabant, vt coniugium non ponerent inter res indifferentes: itaque peccari, si contraheretur: quomodo hodie Papistæ docēt in personis, quas Ecclesiasticas vocant Paulus id destruit, & non magis id pertinere ad rationem peccati, aut boni, quam arare, nauigare, cantare, & similia. At hæc controuersia tota est de pe- cato, quatenus est peccatum, vtrum ad id habeat se indifferēter liberū arbitrium: & negamus. At in ciuilibus, iā protestati sumus cōcedi suas libero arbitrio partes, siue hæc gratia, quæ datur ad vitandum peccatum; & solo opus habere illo ge- nerali auxilio prouidentia, qua Deus tanquam prima omnium causa, in- diuidua singula ad opus mouet, & applicat.

VIII. Secundo Paulus leges dat fidelibus, id est iis, qui iam acceperant gratiam: itaque est concederem loqui de bono Theologico: tamen nihil concluderet cōtra nos: nos enim non negamus huiusmodi homines pos- se res indifferentes & facere, & omittere absq; peccato: sed distinguimus. Num illud facere & omittere esse à libero arbitrio in rebus ciuilibus: hoc autem absque peccato, esse à gratia. Itaque non sic Paulum loquentur fuisse de infidelibus: de quibus alias in re simili hoc vsurpauit longe di- uersum, *Pollutis & infidelibus nihil est purum: sed pollutus est eorum, & mens & conscientia:* ad Titum primo. Vnde certum infideles, id est, quibus non est collata diuinitus gratia, ne has quidem res indifferentes, posse aut vsur- pare, aut omittere, absque peccato: contra quam fideles, & puri, quibus omnia pura.

IX. Ex posterioris ad Corinthios nono postremo locum Bellarminus recitat, *Vnusquisque prout destinauit in corde, non tristitia, aut ex necessitate: hilararem enim datorem diligit Deus.* Cui simile alii citant ex Epistola ad Phi- lemonem, *Ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* Bellar- minus illud quod destinauit, explicat, quod libera voluntate præelegit, cum in potestate haberet parum, aut multum, aut omnino nihil velle dare. Illud enim *pro ut voluit* proprie ad liberum arbitrium pertinere. Differre enim *pro ut voluit*, & *pro ut voluit*. Illud esse bestis commune: hoc autem propriū ra- tionalis, intelligentisq; nature. Loqui autē Apostolum de eleemōsina: ac proinde de bono naturali.

X. Concedo *pro ut voluit* esse proprium liberi arbitrii. Adde reperiri igitur vbiunque ipsum arbitrium. Itaque nego *pro ut voluit* inferre libe- ri arbitrii indifferentiam ad bonum, & malum. Alioqui, cum sit Arbi- trium liberum in Deo, in Angelis, in Dæmonibus, necesse est in iisdem esse hæc *pro ut voluit*. Si ergo *pro ut voluit* inferret indifferentiam ad bonum & malum: Ergo & Deus & Angeli æque procliuēs essent in malum, ac in bonum: & Dæmones æque in bonum, ac in malum. At neutrum est ve- rum. Nam Deus & Angeli, tantum ad bonum: Dæmones tantum ad ma- lum. Et tamen in iis manet *pro ut voluit*: hæc igitur, non infert indifferen- tiam ad bonum & malum. Et in eo tamen tota vis est huius argumenti. Quare hic locus non concludit quaestionem.

CAP. XVI.

De Patribus.

I. Exhaustis Scripturis deuenitur ad Patres: quos magna pompa Bel- larminus inducit, viginti quinque Græcos, totidem Latinos: denique Augustinum seorsim: Vt imaginem det Concilii Oecumenici, ex omnibus non tantum orbis partibus, sed etiam, quale nunquam coire potuit, ex variis seculis. Quæ imaginatio ad pompam facit aliquid, ad rem ipsam mo- menti nihil adfert. Itaque nos puerili lusu neglecto, quid hoc rei sit in qui- ramus. Dicam de personis prius, tum de locis: vt & Caluinus.

II. Primum igitur Clementem Romanum Caluinus mento ridet in hunc cœtum inductum: laruatum histriōnem, vix dignum cui quisquam succifluas, nedum bonas horas impendat. Ita fabulā agit indignam Petro, indignam Christianis: denique se solo dignam. Tanta est in eo libro, tam- que portentosa mentiendi impudentia, vt cœnosum gurgitem Baronius appellat anno Christi quinquagesimo primo, paragrapho quinquagesi- mo tertio. En tibi autorem Bellarminiana eruditione non indignum? Sed mirum habuit præ oculis & Hipponensis & Tridentini Concilii formam: in quo etiam admissi personati Episcopi, Armacanus.

III. Et tamen pugnat esse vel Clementis, vel alterius æque docti atque antiqui, probatque testibus Eusebio lib. 2. historiæ, cap. 38. Epiphano hæ- resi 30. Rufino Apologia pro Origene. Hieronymo contra Rufinum, lib. 2. Corruptum tamen ab hæreticis concedit: ne omnes impudentiæ limi- tes migrasse videatur.

IV. Imò Eusebius manifeste & diserte pronunciat, librum esse suppo- situm: neque vquam Clementis. Vidisset Bellarminus, si Eusebium ab ipso habuisset, aut saltem à Christophorono, non à Rufini mala manu. En tibi: *ἡδὴ ἡ καὶ ἑτέρα πολυεπὴ καὶ μακρὰ συγγραμματα, οἷς ἐν αὐτῷ χθὲς ἐν τῷ πρῶτῳ πρὸς τὸν Πέτρον, Πέτρον δὲ Ἀππίωνος ἀγαθὸς ἀποστόλος, ὃν ἰδὼς ὁ Πέτρος ἐπὶ τῷ πνεύματι φησὶν. ἡδὴ γὰρ καὶ πρὸς τὴν Ἀποστολὴν ἐστὶν ἄλλοις ἀποστόλοις τὸν χρονοκτῆρα. Nunc Christophoronū audi, iam videri q̄si- diam alia item opera, veruosa illa quidem & proluxa, heri prope & nudius tertius perinde quasi illius essent, introduxerunt: quæ quidem disputationes Petri & Ap- pionis continent: quorum apud Vetres nulla omnino sit mentio: nam priuam il- lam & sinceram Apostolicam orthodoxaque doctrinam notam minime retinent. Oberua, heri & nudius tertius, inquit: nō credidit ergo opus esse antiquum: sed recens, sui que æui: Tum proinde quasi illius essent: Ergo non putauit opus esse Clementis. Quamquam videtur non loqui de his Recognitionū libris. Argumentū: quia id quicquid erat operis, continebat Petri & Ap- pionis disputationem. At hoc opus, Appionem, vix tandem, libro decimo in scenam producit: nec cum Petro vquam congressum: sed tanquam καὶ φῶς πρὸς τὸν πατέρα tantum à patre Clementis visitatum. Ad hæc Photius Bibliothecæ capite centesimo decimo tertio, ab his Recognitionibus separat Petri & Appionis Dialogum: discedens nihilominus ab Eusebio: quia videtur hunc Dialogum eundem facere cum secunda Clementis epistola: quam tamen separat.*

V. Epiphanium & Rufinum agnosco sequutos de corruptione huius o- peris nam est Epiphanius *τὰς ἀποδόξας Πέτρον* nominet potius: non ἀναγνῶ- ρισμὸν. vt Rufinus: tamen non absurde quis coniciat, vnum idemq; opus. Nam in Recognitione non nihil legas de Petri peregrinationibus: & illa et- iam quæ Epiphanius obseruauit: & Petrum, quod idie lauari, ἀναγνῶσθαι: & ἰμψύχων ἀπὸ χρονοκτῆρος κρείων ἐπίσης ἀδελφῆς ἰδούσης τῆς δάδ τῶν σπερῶν πε- ποισθῆναι. Itaq; facile patior, si velit Bellarminus, has Petri Periodos, ipsam esse Recognitionem. Quid hinc tamen lucti captare potest? Hæc Clementis opus. Primum quid tum, si corruptū? & ita corruptū, vt notat Epiphanius? Non n. leuiter, sed totum, aut fere totum. *Νοβίσσαντες τὸ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἴσασιν:* falsitas quæ in eis fuit: paucisq; veris relictis. Egregiam li- bri autotitatem, in quo pauca vera sunt. Deinde, ne ipse quidem Bellarmi- nus audeat Clementi pro certo vindicare. Quorsum igitur ista?

VI. At est saltem viri æque antiqui, & docti. Vtrumque falsum. Anti- quum satis sit fateri: quando quidem scimus librū cognitum Rufino, Hie- ronymo, Epiphano, & si velis, etiam Eusebio. Sed æque antiqui cum Cle- mente non aduertit, ad Eusebium, qui id operis χθὲς καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ afferit venisse in hominum notitiam. Præterea, si quis doctum agnoscat, id fiet iuxta prouerbiū, similes habent labra lactucas. *Μυρία γὰρ ἀποποιή- ται* inquit Photius. Et verum. Nec tantum in rebus fidei, in quibus agnos- cas hæreticum: sed etiam in iis quæ ad humaniorem eruditionē pertinent. Fabulam sibi scribendam proposuit, & ποιητικὸν δράμα: iam nimium audaci instituto: quid enim commune fidei Christianæ cum atre mentiendi? Nomen Fabulæ, ab vno Ἀναγνώρισμῶν: quia fingitur Clemens sub- ito agnouisse Matrem, Fratres, denique Patrem, quos omnes iam annos plus viginti decessisse putabat. Hæc vt artificiosius narrentur, infinitæ eu- mulantur circumstantiæ, tam aliena ab eius temporis moribus, siue Eth- nicis, siue Christianis, vt mixerit quisquam sit & deo patiens, vt non ad sin- gulas páginas irascatur. Et de Clemente histriōne hæctenus; de quo & alias plura dicta sunt, tomī primi, libro nono.

VII. Præterea, ex hoc Patrum numero, sunt quorum testimonium sus- spectum est merito. Caluinus notat, Tertulliani & Origenis autorita- tem

tem exiguam esse, propter magnos errores, in quos uterque incidit: & ita quidem vt Ecclesia magna negotia faceret. Vincentius Lyrinensis, Origines tantum ac talis, dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibi que satis credit: quum parum pendit antiquam Christiana religionis simplicitatem: dum se plus cunctis sapere presumit: dum Ecclesiasticas traditiones, & veterum magisteria contemnens, quadam scripturarum capitula nouo more interpretatur, meruit vt de se quoque Ecclesia Dei dicere tur, si surrexerit in medio tui Propheta. Et paulo post, non audies, inquit, verba propheta illius: & item, Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus vester, vtum diligatis eum an non. Idem paulo post, Tertullianus Catholicus dogmatis, id est, vniuersalis ac veritate fidei parum tenax; ac disertior multo, quam fidelior, mutata deinceps sententia, fecit, ad extremum, quod de eo beatus Confessor Hilarius quodam loco scribit: sequenti, inquit, errore detrahit scriptis probabilibus autoritatem, & fuit ipse quoque in Ecclesia magna tentatio.

VIII. Vnum respondet Bellarminus, neutrum errasse in hoc articulo; & probat: primo, quia a nullo Veterum is error obseruatus: secundo, quia cum veteribus idem docent. Sed de doctrina post videro statim. Nunc dico: primum, nos ab Hilario doceri libris Tertulliani detractam autoritatem errore consequenti: non tantum iis qui scripti sunt in eam causam: sed etiam probabilibus: hoc est iis, in quibus alioquin obici nihil potest certi. Itaque similiter de Origene, & de aliis dicendum, suspectos esse iudices in hoc capite: quia in aliis errarint grauissime. Secundo, quoniam suffragia, tum alias semper Papista: tum hic nominatim Bellarminus, non ponderet, sed numeret, vt suo concilio magnificentius laruam induat: ergo satis esse, si quos ad eam rem adoptauit iudices, iustis, quamuis personalibus, exceptionibus, summoueamus.

IX. Verum, tertio, admonco in hoc ipso capite de libero arbitrio, merito recitari non paucos alios ex eo iudicum albo. Primo, Clementem illum quiscumque est, qui aperte ea docet, quibus nihil durius potuit vnquam Pelagus effutire. Annotauit lib. 5. tom. 1. nunc repeto, non inutiliter. lib. 4. Debet is qui ex gentibus est, & ex Deo habet, vt diligit Iesum, propriam habere propositum, vt credat & Moyse: & rursus Hebraus, qui ex Deo habet, vt credat Moyse, habere debet & ex proposito suo, vt credat in Iesum: vt vnusquisque eorum habens in se aliud diuini muneris, aliud propria industria, sit ex vtroque perfectus. En tibi & in Gentili credere Moyse: & in Iudaeo credere in Iesum, ex propria industria, non ex Dei munere. Ethoc probet quisquam Christianus? In exemplari Græco, edito ab Adriano Turnebo Deus inducitur loquens, ἡ γὰρ πίστις τῆς ἰστορίας, καὶ καταβολῆς κόσμου, περὶ αἰῶνος εἰδώς, καὶ αὐτῆς τῆς αὐτῆς ἐξ ἰσθῶν λαοδαιμόνους ἀποπλήττειται. Ego, qui a constitutione mundi, futura omnia consilia praeiudici, singulis pro meritis latenter occurrerit. Vbi asseritur praedestinatio ex prauius bono malove vsu liberi arbitrii: quam sententiam ne Bellarminus quidem probat.

X. Sed, nec iste solus peccat. Alii etiam incommode loquuti sunt: quod ab ipsis Papistis obseruatum est. Sixtus Senensis in Bibliotheca, tum varios excerpit locos, in quibus Chrysoctomus suspectus est, vt libri quinti annotatione centesima prima: & libri sexti annotatione centesima octogesima quarta: & ducentesima prima libri quinti, postquam vtrunque excusauit, ad extremum: Dicendum est, inquit, sicut etiam Anianus in praefatione commentariorum Chrysoctomi in Mattheum annotauit, Chrysoctomum interdum natura nostra vires plus a quo extulisse, ex contentione disceptandi cum Manicheis & Gentilibus, qui hominem asserabant vel natura malum, vel fati violentia ad peccandum compelli.

XI. Toletus Iesuita in sextum Ioannis agnoscit Chrysoctomi hanc esse doctrinam, hominem per liberum arbitrium, se ipsum facere dignum gratia: eandem esse Cyrilli, aliorum etiam doctorum, maxime Græcorum. Maldonatus in eundem locum, Theophylactum, Euthymium, Arnobium, ita loqui, ac si homo, antequam per gratiam ad gratiam trahatur, possit gratiam mereri. Toletus, nono ad Romanos, addit Photium, & Ambrosium: Pererius Theodoretum, Oecumenium, & Hieronymum. En tibi tres Iesuitas, quorum nares purgatioribus olfacere potuerint in non paucis Patribus non nihil sinistri in doctrina hac ipsa de libero arbitrio: Nec solos. Nam Ianfenius Concordia cap. 59. & Didacus Aluares de auxiliis diuinae gratiae, disput. 22, quae est in lib. 3. idem obseruant. En tibi tamen Iesuitam Bellarminum hos ipsos Patres, ita aut incommode loquentes, aut sinistre persuasos, admittentem, imo inducentem, imo intrudentem in suum istud magnificum Concilium. Sed nos intercedimus: nec patimur, vt finceræ fidei regula corrumpatur suffragiis huiusmodi.

XII. His generaliter praemisissis, nunc singulos locos expediam. Et prima Bellarmini fidem in nonnullis desidero: quos aut ipse corrumpit, aut ab aliis corruptos accepit. In Ignatii ad Magnesios interpretis Vairlemius arbitrium nominauit, quod Ignatius γράμμι. Si quis pietati studet, Dei homo est, si impietate agat, diaboli est, non id factus per naturam, sed animi arbitrium. Vetus Interpres habuit, Non ex natura, sed ex sententia factus: Brunnerus, Non natura, sed propria voluntatis inclinatione. Ignatius scripserat: ἐὰν ἰουσεβῆταις, ἀδελφοὶ τοῦ Θεοῦ ἐσίν· ἐὰν δὲ ἰουσεβῆταις, ἀδελφοὶ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐσίν. Quae in Arcopagita, Si non lituisset obfistere, pro ἰαν μὲν καὶ ἐξ ἑλὺ τὸ δαίμονος. In Athenagora Apologia, haec non occurrunt, quae Bellarminus finxit se legere, Liberi Arbitrii in istis quoque (Angelis videlicet) in vtramque partem, voluntatem constituerat Deus: sicut & in hominibus liberam & prauitatis, & virtutis deligenda potestatem habentibus cernere est. Ille sic scripsit, ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις τῶ Θεοῦ ἐπὶ ἀποβλεπόμενα γέγονε τοῖς ὑποκείμενοις διακεκοσμημένοις, ἵνα τῶν μὲν παντελῶς καὶ γενικῶς ὁ Θεὸς τῶν ὄλων ἀποβλεπόμενος, τῶν δὲ ἐπιμέρους οἱ ὑποκείμενοι ταχθέντες ἀγγελοὶ ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοδαιμόνων καὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακῶν ἰχθύντων. Ἐπεὶ ἕκαστος ἐπιμαρτυρεῖ τὰς ἀρετὰς, ὡς ἐκολάζεταται πομπῆς, οἱ μὲν ἐπὶ αὐτοῖς ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετή, καὶ οἱ μὲν ἐπὶ αὐτοῖς αἱ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἰουσεβῆταις καὶ τοῦ κακῶν τῶ ἀγγέλων οἱ ὅμοιοι κακῶν καὶ ἀρετῶν. Gesnerus vertit, Idcirco Angelos Deus creauit, vt rebus à se digestis prouiderent. Quamuis enim ipse vniuersali sua & communi prouidentia vniuersis prospiciat: particularem tamen rerum singularum, quae cuique fuerint commissae, angelis imposuit. Caterum vt hominibus arbitrii libertas circa virtutes & vitia data est (neque enim vos, vel honore bonos, vel poena malos afficeretis, nisi sponte consilioque alteri boni, alteri mali essent) & alii bona fide sibi creditas procurant, alii improbi perfidique deprehenduntur: Sic etiam circa Angelos serues habet. Sunt & alii loci, in quibus

inepte lusit Interpretum siue imperitia, siue audacia, vt in Eusebio, & Epiphano, quorum venia forte danda esset cuiquam linguarum imperito. Sed in Bellarmino profecto non ferenda supinitas fuit: imo ne dissimulanda quidem. Nam in tanto tantique ponderis opere, non debuit alienae fidei se se totum permittere: sed ipse singula rimari; ac bene suis ipsius oculis non fidere. Quid enim satis certum in tanta hominum perueritate? Sed supinitatem inexcusabilem illud prodit. Ex Euthymio in 15. Lucae, Substantia partem, quae sibi obuenebat, petiuit, hoc est liberum arbitrium, quod ei ex natura debebatur. Ac si diceret, nolo urgeat me seruituti necessitas: liberum est enim mihi arbitrium. At qui posteriori periculis, cuius initium: Ac si diceret: non est Euthymii: sed Ioannes Hentenii anno tantis.

XIII. Dicam nunc de re ipsa. Qui à Bellarmino cumlati sunt loci nullo discrimine, non sunt tamen omnes vnus generis. Itaque distinguam, in suas classes. Sunt igitur ex iis nonnulli, qui liberum arbitrium statuunt, contra Fatum, aut Naturam. Hoc est, vt doceant homines neque fato, quod Ethnici plurimi: neque natura, quod haeretici non pauci, esse bonos aut malos. Probat, quia ex ipsis locis à Bellarmino descriptis, quae ex circumstantiis à Bellarmino ommissis. Ad primum ordinem hi pertinent. Ignatius ad Magnesios, Δύο γὰρ λίγα χαρακτηριστῆρας οὗ ἀνθρώπου ἐστίν· ὁ Θεὸς καὶ ἡ φύσις. In hominibus geminas notas inueniri dico. Et paulo post, ἡ δὲ φύσις ἀνθρώπου λίαν, ἀλλὰ ἢ ἢ ἀνθρώπου, ποτὲ μὲν Θεοῦ, ποτὲ δὲ ἀδελφῶν γίνεσθαι. ἢ ἀνθρώπου, ποτὲ μὲν Θεοῦ, ποτὲ δὲ ἀδελφῶν γίνεσθαι. Non quod velim dicere duas esse hominis naturas: sed vnum esse hominem, qui iam Dei, iam diaboli sit. Si quis pietati studet, Dei homo est: si impietate agat, diaboli est: non id factus per naturam, sed proprio consilio. Origines in caput 13. Matthei, exponens parabolam sagena piscium, dixit ab haereticis accipi per bonos & malos pisces, duas naturas, alteram bonam, alteram malam. Sic enim maluit Bellarminus indicare, quam describere. Ego vero describo, & quidem plenius. Nam videtur Bellarminus suo commodo decurrat, Hic regnum caelorum simile est sagena missa in mare: non quemadmodum quidam opinantur, qui docent verbo naturas subiectas esse diuersas, malorum scilicet, ac iustorum, qui sub rete venerunt: vt ex eo quod scriptum est, ex omni genere congreganti, credamus iustorum diuersas ac varias esse naturas, similiter autem & malorum. Nam huic intellectui repugnant omnes scripturae, declarantes esse liberum arbitrium, dum & accusant eos qui delinquant, & probant eos qui recte faciunt: haud quaquam merito in eos competente vel reprehensione, qui ex mali generis natura tales sunt, vel laude in eos qui tales sunt ex genere meliore. Si quidem, vt pisces boni sint ac mali, causa non est in animabus piscium, sed secundum illud, quod verbum omnia sciens dixit, Producant aquae reptilia animarum vniuersum. Quo tempore & fecit Deus cetera grandia, omnemque animam animalium reptilium, quae produxerunt aqua iuxta genus suum. Illic igitur aqua produxerunt omnem animam animantium reptilium, iuxta suam quamque genus, cum causa non esset penes illam. Hic vero nos suum in causa, vt sint bona genera, digna, vasis quae vocatur, aut mala digna, quae proiciantur. Non enim in nobis natura, causa est malitiae, sed voluntas, cum sit libera, propensa est ad malefaciendum: sic nec iustitia causa est naturae, tanquam quae non recipiat iniustitiam, sed verbum quod accepimus, est quod reddit nos iustos. Item praefatione in Epistolam ad Romanos: cum causas duas profert ob quas difficilis sit haec epistola: Vna est, inquit, quod eloquentibus interdum confusus, & minus explicitis utitur. Alia, quod quaestiones in ea plurimas mouet, & eas praecipue quibus innitentes haeretici astruere solent, quod vniuersumque, gestorum causa non ad propositum debeat, sed ad naturae diuersitatem referri: & ex paucis huius epistolae sermonibus totius Scripturae sensum, qui arbitrii libertate concessam à Deo homini docet, conantur euertere. Eodem Chrysoct. pertinet: hom. 22. in Genesim, Vidisti, quomodo sui iuris naturam nostram Dominus formauit? Vnde enim, dico, oro, illi ad malitiam properabant, & seipsos poenis faciebant obnoxios: iste autem virtute eligebat, & fugiens eorum societatem, poenam non gustauit: Nonne manifestum, sua quemuis voluntate vel malitiam vel virtute eligere? Nam nisi ita esset, & natura nostra potestas in ista esset, neque illos puniri, neque istos virtutum retributiones accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totum post gratiam Dei relictum est, ideo & peccantibus supplicia proposita sunt, & bene operantibus retributiones. Huius item loci est Basilius homilia, quae disputat non esse autorem mali Deum. Δὲ πρὸς τὴν κατὰ σκυλὴν τὴν ἀρετῆν ἢ τὴν ἀποβλεπόμενον ἢ τὴν ἀρετῆν, ὡς καὶ περὶ αἰῶνος, καὶ ἐκ τῆς ἀνάγκης γίνεται, ὡς καὶ περὶ αἰῶνος, καὶ ἐκ τῆς ἀνάγκης γίνεται, ὡς καὶ περὶ αἰῶνος, καὶ ἐκ τῆς ἀνάγκης γίνεται. Cur in structura non habemus (inquit aliquis) vt simus expertes peccati: adeo vt ne quidem volentes peccare possimus? Quia ne tu quidem seruos beneuolos existimas, quamdiu in vinculis detines: sed quamdiu sponte implentes officium vides. Itaque etiam Deo, quod coactum est, non est gratum: sed id quod per virtutem praecare geritur. At virtus ex voluntate est, non ex necessitate. Voluntas ab iis pendet, quae sunt in nostra potestate. Nostra autem potestatis est liberum arbitrium.

XIV. Et hi quidem de Natura manifeste. Nunc vero isti de Fato. Minutius Felix, Deniq, de vestro numero carcer exastuat. Christianus ibi nullus, nisi aut reus sua religionis, aut profugus. Nec de fato quisquam aut solatium capiet, aut excuset: euentum sit fortis fortuna, mens tamen libera est, & ideo actus hominis non dignitas iudicatur. Quid enim aliud est fatum, quam quod de vnoquoque nostram Deus fatus est: qui cum possit praescire materiam, pro meritis & qualitibus singulorum, etiam fata determinat. Ita in nobis non genitura plectitur sed ingenij natura punitur. Prudentius lib. 2. aduersus Symmachum.

Dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis: aut cur rubrica minatur,
Qua prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cognunt ad facinus, & inuitabile mergunt.
Quin & velle adigunt prauum insinuantia votum,
Ne liceat miseris votum committere nolle?
Cedite, si pudor est, gladiumque retundite vestrum,
Aspera nil meritis poenis plectentia iura:
Antrum carcereum dissoluite, corpora sub quo
Agminis innocui fato peccante tenentis.
Nemo nocens, si fata regunt quod viuunt, ac sit.
Imo nocens quicumque volens, quod non licet, audet.

Alterius

no compellitur, potest admittere: & cetera huiusmodi, in quibus liberum habetur arbitrium. Nec alienus Ambrosii libri 1. de Iacob capite 3. quem quomodo interpolavit Iesuita, consideret lector, Non est quod cuiquam nostram adscribamus culpam, nisi nostra voluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Illa erant descripta, hec vero omilla, Non habet crimen quia inferitur reluctans. voluntaria tantum commissa sequitur delictorum inuidia: quod in alios deriuamus. His omillis, sequentia addit Iesuita, Voluntarii sibi militem legit Christum: voluntarii seruus sibi Diabolus auctoratur. Adde Paulinum Epistolam 2. Quia igitur nobis gratia, si in alieno tantum fideles fuerimus, nisi de proprio seruiamus. i. de libero voluntatis arbitrio (& abscondit Iesuita, ille pergit.) ex toto corde nostro, & ex tota anima nostra (ut scriptum est) viribus diligentes Deum. In qua nos affectum laessit Prophetes, qui dicit, Voluntarie sacrificabo tibi. Hoc n. acceptum & placitum coram Deo, ut bonum nostrum sit voluntarii. Et Theodoretum in Pl. 67. Plurima doctrina irrogatione vocat: voluntaria aut appellauit, ob liberum arbitrium. Non n. ex necessitate irrigatur aliquis: sed doctrina acquiescens consequitur gratiam. Macarius homilia 15. atq; adeo eo ipso loco, quem Iesuita protulit, Si homo immortalis esset, & corpore incorruptibilis, vnuerfus mundus ea re perspectus, quod scilicet corpora Christianorum non corrumpantur, necessitate quadam, & ex necessitate voluntate, non spontanea voluntate, ad id quod bonum est properaret. Verum ut penitus appareat & rata sit liberi arbitrii voluntas, & quomodo ei ab initio Deus concessit homini, eius rei summa cum dispensatione administratur, sit qd solutio corporum: ut in voluntate hominis sit, conuersus eum ad id quod bonum, aut quod malum est. Theophilactus est etiam in hoc ordine, in Luc. 15. Itaque, ille qui dedit oia hac ex aquo, permisit libere ingredi. Nullum n. cogit non volens. Nam si voluisset nos cogi, & deus, non fecisset rationales, & liberi arbitrii. Itē Euthym. quanquam non sincere a Bellarm. citatus. Locus est ex annotationibus in 15. Lucæ, & parabolam filii prodigi. Nam, quod prius dixit, ut citatur a Bellarm. Substantia parte que sibi obueniebat, petiuit, hoc est, liberum arbitrium, quod ei ex natura debebatur, paulo post exponens, Substantia aut facultates filii distulere nihil aliud est, quam libero arbitrio illos relinquere. Neminem enim cogit Deus, qui ipsi noluit obedire. Paulin. Epistol. 2. ad Seuerum, Libertas voluntatis non cogitur, sed suadetur.

XXII. His constitutis, iam vix quicquam est difficile. Nam de fato & natura, nulla nobis nunc cum quoquam quaestio est. Imo Caluin. quod alias docuimus, diserte testatur se abhorere fatum, et nomine tenus. De natura autem constanter docuit, ita factum esse hominem, ut in vitium & virtutem inclinare seipsum posset. Quod cum ita sit, profecto superest voluntas, i. liberum arbitrium. Hactenus n. hae tres solae inueniri potuerunt sententiae: nimirum vt actiones humanas alii fato imputarent, alii naturae, alii libero arbitrio. Quum ergo Catholici & fatum remoueant, & naturam: superest eis liberum arbitrium. Et tunc est necesse, vt constitutur liberum arbitrium, contra fatum, contra naturam: quia, si vel fato vel naturae imputentur actiones humanae, infinita sequuntur absurda; quae Veteres diligenter perpenderunt. Quid igitur. Nepe quaestio est de libero arbitrio comparate ad gratiam, hoc sensu, vtrū suis viribus propriis liberum Arbitrium peccato corruptum aequae inclinaret ad bonum, & ad malum. Et negant Catholici: afferuntq; suis ipsius viribus Liberum arbitrium non tantum inclinari, sed etiam totum ferri ad malum, inclinari autem ad bonum, per gratiam efficacem: quae quidem gratia neque voluntatem, neq; electionem, neq; negat ipsam, neque liberum arbitrium praefect: sed tantum reformat; vt quae erat mala voluntas, mala electio, mala negat ipsam, malum liberum arbitrium, fiat iam bona voluntas, bona electio, bona negat ipsam, bonum liberum arbitrium. Ac proinde, qui homo male volebat quicquid volebat: indeq; male eligebat, si quid eligebat: bene vellet, bene que eligat. Quare etiam, posita sic quaestione, semper homo vult: semper homo eligit: siue malum duntaxat suis viribus, quas habet in natura corrupta: siue bonum ex gratia, per quam reformatur. Hinc apparet quantum sit inter fatum, naturamq; & gratiam Nam si fato naturae fertur homo vel non vult, vel certe non eligit. Omnino, inquam, nullam habet.

XXIII. In his qui liberum arbitrium opponunt inuoluntario, longe minor difficultas. Nam certe Catholici, quum docent non posse suis viribus hominis arbitrium ferri nisi ad malum, protestantur tamen, nulla vi, nulla coactione, nulla etiam, si velis, necessitate, voluntatem tolli. Et sic saepe Caluinum asserentem induximus. Breuiter, voluntarie malum esse hominariae voluntarie peccare certum est, etiam si non possit non peccare. Voluntarie etiam bonum esse voluntarie bene agere, certum: etiam si non nisi per gratiam bonus sit, non nisi per gratiam bene agat.

XXIV. Sed instat Bellarm. Primo, parum interesse, contra quos illi disputent, modo liberum arbitrium in praecipis morum seruandis praedicet. Secundo, Voluntarium illud, quod opponitur coacto, non sufficere ad peccandum, hoc probat, tum quia lupus ergo peccaret, quū spore alienas oues rapiat, tum quia haec verba, nisi voluntate propria deflexerit, quibus vsus est Ambrosius, non significant solū spore, libereq; defletere quod etiam pecudi conuenire possit quae tamen non dicitur propria voluntate defletere, etiam quando libenter errat, sed significant ex deliberato consilio, atq; electione peccare Denique, quia Euseb. omnem profus necessitatem excludit, cum ait; Neq; vlla necessitate, sed libera voluntate, atq; iudicio, facta est.

XXV. Ego contra, ad primum: omnino multum interesse. Quum n. longe alius sit status quaestionis, necesse est, neq; conclusiones esse easdem, nisi forte legitime disputari Bellarm. credat, quum non concluditur quaestio. Qui fato, vel naturae imputant actiones humanas; funditus tollunt liberum arbitrium. Itaque, necessario Patribus contra eos disputantibus, haec thesis erat: Vtrum sit in homine liberum arbitrium. Et hanc thesis illi negabant, Patres asserbant. At Papisti contra Catholicos quaestio est: non, vtrum sit in homine arbitrium, & ad bonum, & ad malum, sed vtrum sit sufficiens ad se ipso aequae ad bonum, atq; ad malum. Est autem Bellarmino, vel ostendendum hanc thesis eandem esse cum illa; aut fatendum ex illa, hanc non legitime probari.

XXVI. Ad secundum; primo dico Voluntarium non tantum opponi coactioni: sed etiam naturae, motuique tantum naturali. Itaque sufficere ad peccandum: Alienum autem esse pecudum exemplum, quae etsi sponte moueantur, tamen naturali impetu mouentur: imo eatenus sponte, quatenus naturali impetu: itaque non nisi improprie voluntas illis tribuitur. Illud autem ex deliberato consilio atque electione, facile concedimus. Neque enim f. quitur, si homo deliberato consilio, atque electione peccet, aut etiam agat bene: etiam solis arbitrii viribus aequae ferri in bonum ac in malum.

XXVII. Sed omnem profus necessitatem excludit Eusebius. Audio: Sed respondeo vel hinc maxime constare; quam sit diligenter attendendus status quaestionis, ad vitandam inuoluntatem: Nam qui contra Pelagium postea disputarunt Patres, diserte aliquam peccandi necessitatem agnoscunt in homine, & nos probauimus c. 2. huius lib. Nunc ergo, comparemus, si placet, Euseb. cum istis. Ille, si Bellarmino credimus, sem profus necessitatem excludit. At August. est quaedam peccandi necessitas. Age vero, Bellarmine: & si nihil placet distinguere, doce quomodo non contradicat August. Eusebio, hoc est, quomodo non sit mentitus vel Eusebius, quo tu teste niteris, vel Augustinus, quem tu Catholicum non potes negare, ne quidem in hoc ipso argumento. Nam nos facile conciliamus, & Eusebium vere asserere omnem necessitatem excludi, nimirum a fato, aut naturae conditione. Augustinum etiam vere, aliquam esse peccandi necessitatem, nimirum ab ipsa arbitrii corruptione, quae neq; a fato est, neque a naturae conditione, sed ab ipso Arbitrio, vt sit quomodo Bernardus appellat, Voluntaria necessitas. Itaq; falsum Eusebium omnem profus necessitatem excludere.

XXVIII. Est vero hoc labore, recensita pars magna Veterum testium a Bellarmino laudatorum. Qui supersunt, non habent plus momenti. Ignatius ad Magnesianos. Quandoquidem actiones ipsa sua habent praemia, & poenitentiam, & obedientiam proponitur vita, mors autem inobedientia. & singuli, qui aut hoc, aut illud elegerunt, in eius quod elegerunt locum, abiturus sunt, fugiamus mortem, & eligamus vitam. Quid iste aduersum nos? Eligi aut hoc aut illud, Ignatius vult. Et quis negat? Sed probet Bellarm. eligi alterum, id est vitam, ex solis arbitrii viribus, & aequae alterum, id est, mortem. Hoc non facit, frustra laborat. Ignatius autem non attingit.

XXIX. Clemens Alexandrinus Stromateon I. Quoniam libera electio, & appetitio peccata primum inchoat, iure insistantur supplicia. Athanasius contra Idola, Anima libera est, & sui arbitrii. Potest enim vt ad bona se inclinare, ita bona quoque auersari. Basilius in Psalm. 61. Corporis pondera libra momenti examinamus: quae vero in vita eligenda sunt, libero animi iudicio discernimus. Theophilus Alexandrinus Epistola Paschali 3. Nec ambigimus, quin in vtramque partem faciendi, vel non faciendi bona, habeamus liberam facultatem. Marcus Eremita libro de Baptismo, Primam conceptionem habemus ex dispensatione: quemadmodum & ille: & perinde ac ille pro arbitrio possumus obtemperare, vel non obtemperare. Cyrillus Alexandrinus lib 2. in Ioannem c. 54. Liberum Arbitrium hominis his verbis ostendit, qui ad alterutrum secundum animi sui iudicium potest proficisci Si enim iuste laudem, si bene agimus, & contra riam, si mala committimus, inuenimus. Cyprianus Epist. 55. quae est ad Cornelium, Dominus non increpuit recedentes, aut grauiter comminatus est: sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: Nunquid & vos vultis ire: seruans scilicet legem, quae homo libertati suae relicta, & in arbitrio proprio constitutus sibi metipso vel mortem appetit, vel salutem. Anselm. in c. 2. ad Timotheum, Liberum arbitrium dedit nobis Dominus, vt arbitrio propria voluntatis recedamus ab iniquitate, vel permaneamus in iniquitate. Hi omnes loci sunt inutiles Bellarmino: quia nihil efficiunt, quod sit in quaest. Etsi n. verum sit libero arbitrio hominem velle bona, tamen non sequitur id velle ex solis eius arbitrii viribus. Et quicumque asserunt hominem velle bonum per gratiam, etiam afferunt velle bonum per liberum arbitrium: Non n. aliud est velle bonum, & aliud velle bonum per liberum arbitrium. Imo aut non tollenda voluntas est, aut ponendum liberum arbitrium. Itaq; quum quaeritur, vnde fiat, vt velit homo bonum; idem est ac si quaeras, vnde fiat, vt liberum hominis arbitrium feratur in bonum quo ipso supponitur ferri in bonum, sed quaeritur, vnde fit causa eius motus ad bonum.

XXX. Itaque, recte isti. Leo nonus Epistola ad Petrum Antiochenum, Gratia Dei praeuenire & subsequi hominem credo, & profiteor: ita tamen, vt liberum arbitrium rationali creatura non denegem. At nobis in Pl. 90. Libertatem arbitrii, & negare periculum est, & nudare peccatum, Si n. negaueris, omnibus fratribus laxasti: si nudaueris, decepti. Fulgentius c. 20 libri de incarnatione, & gratia Christi, Gratia Dei humanum non aufertur, sed sanatur arbitrium, Prosper 1. de Vocatione genitum 3. c. Nec quia Spiritus Dei agitur: ideo se putet liberum arbitrium non habere: quod nec tum perdidit, quando Diabolo voluntate se dedit: a quo iudicium voluntatis deprauatum est, nos ablatum. Coelestin. ad Gallos, Auxilio & munere Dei liberum arbitrium non tollitur, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudete sit prouidum. Sed & Innocentius 1. ad Concilium Mileuitanum, in omnibus diuini paginis voluntati libera, non nisi adiutorium Dei legimus esse necessarium, eamq; nihil posse celestibus auxiliis destitutam Nam hi exortis demum Pelagianis scripsere: & quidem cautius, quam qui praecesserunt, intenti duntaxat in eos, qui vel fato, vel naturae imputantes actiones humanas, voluntatem eo ipso tollebant. At hi liberum arbitrium confitebantur cum illis, & negabant quicquam posse ad bonum, nisi per Dei Gratiam. Vt mirer quid animi Bellarmino fuerit, quum hos nobis opponeret. Sed id factum, ex male concepto quaestiois statu.

XXXI. Lactantius lib. 4. c. 24. Qui dat praecipia, amputare debet omnium excusationum vias, vt imponat hominibus parendi necessitatem, non vi aliqua, sed pudore: & tamen libertatem relinquat: vt & praemium sit constitutum parentibus, qui poterant non parere, si vellent: & non parentibus poena, quia poterant parere si vellent. Recte. Quis enim docuit parere quempiam Deo nolentem? Pareat, ergo si velit. Sed hoc velle, vnde illi est? A natura-ne, an a gratia? Itaq; non concludit quaest. nostram Lactantius: Sed neque Philastrius eandem ob causam: capite de Pythonissa. Ignorat quod recedentes anima a fide Christi, deditas iam se impietati faciunt: quia arbitrii sui est omnis homo; quod velit, vt eligat facere, permittente Deo. Quod velit inquit: vt Lactantius, si velle. Rur sus ergo, vnde velle?

XXXII. Percurri omnes fere: nam soli supersunt Nyssenus, Palladius, Damascenus, Gaudentius, Boetius, Gregorius primus, Bernardus. De quibus non est longa texteda disputatio. Nam hi simpliciter liberum arbitrium statuunt nec definiunt, vnde ei vires ad bonum. Palladius epistola ad Laufum, Neq; vilo praetextu quo placeat hominibus, iure iurando obligasset tuam liberam eligendis potestatem. Damascenus, & vna cum eo Nyssenus; docent esse in nobis ea, quorum liberam adepti potestatem sumus; & facere, & non facere: nimirum ea quae sequitur laus, aut vituperatio; & in quibus prauaricatio cadit & lex. Gaudentius, negat homini concessam semel voluntatis libertatem auferri; ne nihil de eo iudicari possit, qui liber fuerit in agendo. Et primum hominem

inimem mādcauiffe docet, quia voluit, mandatum non custodiffi, quia noluit. Hi vero nihil dixere, quod non & nos. Quia neque corruptio, per quam Arbitrium nihil vult nisi male, neque gratia, per quam idem vult bene; tollit illam voluntatis libertatem. Itaque neque hęc libertas tollit aut corruptionem, aut gratiam. Itaque recte Gregorius primus libri Moralium 33. cap. 25. Idcirco nequaquam caelestis patria premia eterna percipiunt, quia nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio, contempferunt. Ita enim significatur liberum arbitrium ad malum. Enimuero, quod apud Boetium legis extremo libro quinto de Consolatione, Manet intemerata mortalibus libertas arbitrii: nec iniquę leges soluis omni necessitate voluntatis; premia poenęque proponuntur eodem modo interpretatione molliendum, vt nullam necessitatem intelligat externam, non veto eam, quę est ab ipsius arbitrii corruptione; quam discrete Augustinus statuit, & quicumque post Augustinum scripsere contra Pelagianos, vt paulo ante diximus ad Eusebium.

XXXIII. In Bernardo res est manifestior. Nam vt suo loco docebimus, ille profecto negat vllas vires esse libero arbitrio ex se nisi ad malum. Hic autem quid? Sermone 81. in Cantica. Arbitrii libertas est plano viuinum quidam præfulgens in anima, tanquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi inter vitam & mortem: sed & nihilominus inser lucem & tenebras, & cognitio iudicij, & optio eligendi: & iustus, vnde & liberum nominatur arbitrii: quod licet auctari in his pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potius non erenim quod feceris bonum, malum ve quod quidem non facere liberum sit, merito ad meritum deputatur. Et vt merito laudatur non is tantum, qui potuit facere mala & non fecit: sed & qui potuit non facere bona, & fecit: ita malo non caret merito tam is qui potuit non facere mala, & fecit: quam qui potuit facere bona & non fecit. Vbi autem non est libertas, nec meritum. Propterea quę sunt carentia ratione animalia nihil merentur, quia sicut deliberatione, ita & libertate carent.

XXXIV. Hęc Bellarminus descripsit: verum ego pergo. Sensus aguntur, feruntur impetu, rapiuntur appetitu. Neg. enim iudicium habent: quo se diiudicent, siue regant: sed ne instrumentum quidem iudicij: id est rationem; inde est quod non iudicantur: quia non iudicant. Quanam quispe ratione ab his excogitatur ratio, quā non acceperunt? Hęc vim à natura solus homo non patitur. & ideo solus inter animalia liber. Et tamen interueniente peccato patitur quandam vim & ipsę sed à voluntate: nō à natura: vt ne sic quidem ingenita libertate priuetur. Quod n. voluntariū, & liberū. Et quide peccato factū est, vt corpus quod corruptum pitur, aggrauet animā: sed amore, nō mole. Nam, quod surgere anima per se iam nō potest, quā per se cadere nō potuit, voluntas in causa est, quę corrupti corporis vitio & vitio amore lægmesens, & trahens, amore pariter iustitia non admittit. Ita nescio quo prauo & miro modo, ipsa sibi voluntas, peccato in detersius mutata, necessitate facit, vt non necessitas, cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem, nec voluntas, cũ sit illicita, excludere necessitatē. Est n. necessitas hęc quodammodo voluntaria. Est fauorabilis vix quędam premedo blandiens, & blandiendi premissis: vnde se rea voluntas, vbi semel peccato conseruit, nec excusare iam per se, nec excusare tamen vllatenus de ratione queat. Hęc omnia Bernardus, præter illa descripta à nostro Iesuita D. spiciamus.

XXXV. Quę verba Bellarminus descripsit, ea constituunt in homine liberum arbitrium. Esto sane, & valeat Bernardi autoritas, aduersus eos, qui id tollunt. Sed quę nos descripsimus, ostendunt, eodem profusū sensu statui, nobiscum. Primo, quia id quicquid est, constituitur in iudicio & ratione, cuius: quum brutę animantes expertes sint; ideo ne liberum quidem arbitrium habeant. Atqui Catholicos nemo vnquam audiuit non plus homini tribuente rationis, aut iudicij, in ijs quę ab eo fiunt, quam pecudi. Sed hoc tantum, quocumque iudicio, quacunquę ratione ferantur ad agendum, non nisi male agere. Sic Absalon non inconstituto aut fortuito motu lectum patris sui poluit, sed deliberate, habitoque virorum sapientum, sic enim putabat, consilio, 2. Samuelis 16. Sic Iudę habito contra Christum consilio conferunt expedire vnum hominem mori pro populo, Ioannis 18. & ne alia colligam, sic iam recens, Iacobus Clemens, & Petrus Barrenus, & Ioannes Castellus, & Rauallicus, audi sunt immane patricidium Regum nostrorum, non impetu nature, quomodo lupi agnos laniant, sed destinato, & consulto prius Iesuitis. Hi igitur omnes in suis sceleribus patrandis, vñ suo iudicio, sua ratione, ideoque & libero arbitrio, sed ad malum.

XXXVI. Secundo, hoc ipsam arbitrium liberum; Bernardus non absoluuit ab omni necessitate, sed potius vim quandam pati dicit. Itaque dixit primo, Hęc vim à natura solus homo non patitur. Nota. Non enim vim nullam, sed hanc à natura. Quomodo nos antea obseruamus duplicem fuisse veteribus occasionem asserendi liberum arbitrium, nempe, ne hominis actiones imputarentur vel factis, vel nature. Sed alię cuiuspiam necessitati non negat subiecti. Quam autem illam? Nempē hanc quę est à peccato. Hanc ergo eandem, quam nos, & semper profiteamur; & hac ipsa disputatione stabilimus. Illam, inquam, quā ex ceteris per se nullatenus valeat Arbitrium, quatumuis alias liberum.

CAP. XVII.

De Augustino contra Manicheos.

I. Eorsim à reliquis Augustinum considerare voluit Bellarminus, & quidem temporibus distinctis, vt priori loco testimonia colligat ex libris ab eo scriptis ante hæresin Pelagianam, posteriori vero, ea quę post eiusdem hæreseos exortum. Et vtriusque contendit stabiliti Arbitrium tam ad bonum quam ad malum liberum. Recitabo primum locos primi ordinis, postea eorundem momenta expendam.

11. Primum ergo testimonium ex libro de quantitate animę, capite 36. Deus summus, & verus lege inuisibili & incorrupta, quę omne quod condidit regit: subicit anima corpus; animam sibi: & sic omnia sibi: neq; in vllō actu eadem deserit siue pena siue premio. Id enim iudicauit esse pulcherrimum, vt esset, quicquid est, quomodo est: & ita natura gradibus ordinaretur, vt consideratam vnuerstatem nulla offenderet ex vllā parte deformitas: omnisque anima parva & omne premium conferret semper aliquod proportioni iustę pulchritudinis, dispositionisque rerum omnium. Datum est n. anima liberum arbitrium, quod quę negatoris rationationibus labefactare conantur, vsq; adeo caci sunt, vt ne ista ngatoris rationationibus labefactare conantur, vsq; adeo caci sunt, vt ne ista quęntur libri tres de Libero Arbitrio: ex quorum 1. cap. 12. Vides igitur iam existimo, in voluntate nostra esse consiliū, vt hoc vel fruamur, vel cariamus

Tom. III.

tanto & tam vero bono. Cap. 1. lib. 2. Quantum in superiore libro intelligere mihi visum sum, & habemus liberum voluntatis arbitrium, & non nisi vo peccamus. Cap. 1. tertij, Neque vlla culpa deprehendi potest, vbi natura, nec sita; g. dominatur: decimo octauo, Sed si laboriosum est omnia mandare memoria, hoc breuissimum tene: Quacunquę ista causa est voluntas, si non ei potest resisti, si ne peccato ei ceditur. Si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia est, vt caueri omnino non possit? Si ita est, nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem, ergo caueri potest.

III. Ex libri de Vera Religione c. 14. Vique adeo peccatum voluntarium esse malum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidem manifestum est adeo, vt nulla hic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Et post, Quoniam peccari non dubium est, ne hoc quidem dubitandum video, habere animas liberę voluntatis arbitrium. Tales enim seruos suos meliores esse Deo iudicauit si ei seruirent liberaliter. Quod nullo modo fieri posset, si non voluntate, sed necessitate seruirent. Ex libri de duabus Animabus c. 11 Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia v. tat, & vnde libertas est abstineri. Nec hic libri obscuri mihi scrus andi erant, vnde discrete, neminē vituperatione suppliciorum dignū, qui aut id velit, quod iustitia velle nō prohibet aut id nō faciat, quod facere nō potest. Cap. 12. Peccati rei teneri quęntis, quia nō facit, quod facere nō pot. Summe iniquitatis est, & insanis. Quomobrem ille animā quę quid faciunt, si natura nō voluntate faciunt, id est, si libero ad faciendum, nō faciendum motu animi carent: si denique his abstinerendi ab opere suo nulla potestas conceditur, peccato earum teneri non possumus.

IV. Actorum cum Felice Manchao libri 2. c. 3. Esse liberum arbitrium, & vnde peccare quęntis, si velit, non peccare si nolit, non solum in diuinis Scripturis, quās non intelligitis, sed etiam in verbis ipsius Manichai tibi probo. Cap. 4. Audi ergo de Libero arbitrio, primo ipsum Dominum, vbi duas arbore conuenerunt, quaru mentionem ipse fecisti: audi dicentem, aut facite arborem bonā, & fructus eius boni: aut facite arborem malā, & fructus eius malum. Cuius ergo dicit, aut hoc facite, potestatem indicat, non naturam. Nemo enim nisi Deus facere arbores potest. Sed habet vnusquisque in voluntate, aut eligere quę bona sunt, & esse arbor bonā, aut eligere quę mala, & esse arbor malā.

V. Hęc Bellarminus testimonia collegit, ad quę vt respondeam, distinguo vana capita. Alias enim simpliciter asserunt liberum arbitrium, alias negatur necessitas, alias de natura agitur, alias denique peccatum statditur voluntarium. Quę singula si exposuero: spero cumulare satisfactum iri Bellarmino. Et in 1. quidem capite non opus est multis verbis. Nos enim protestati sumus tenere liberum arbitrium: etsi non quale statuerunt Pelagiani, non etiam quale statuunt Papistę. Qui ergo loci tantum asserunt liberum arbitrium; nec de iani ant nominatum cuiusmodi sit, nobis non nocent. Quare primus ille locus ex libro de Quantitate animę Bellarmino est inutilis: quo asseritur datum esse animę liberum arbitrium.

VI. De necessitate nihil est etiam difficilius, Non enim quamlibet necessitatem intelligit Augustinus, sed eam duntaxat, quę sit à creatione, quomodam Manichai itatuebant. Nam alias discrete idem agnoscit in homine corrupto peccandi necessitatem, idque discretius, quam vt negari possit, & alias probatum est. Itaque necessario distinguenda venit necessitas, vt alia sit naturalis, alia pœnalis. Illa ab ipsa creatione, ac prouinde commutabilis, vt ei resisti nullo modo possit, quę si statuat, negat Augustinus esse posse vllum peccatum. Quis enim peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Hęc verissima. Sed altera necessitas naturam illam, quę erat à creatione, corrumpit, & induxit peccatum, quodammodo necessarium; nempe, quatenus ab eo nō potest emergere homo suis vllis viribus sol. s, sed tantum diuina gratia; quę liberum arbitrium ita renouat, vt & possit velle, & respit velit bonum. Itaq; non est esse, sed necessitas, sed tantum g. & tamen necessitas.

VII. De Natura & Voluntate maior erit disceptatio. Nam Caluinus respondet Pighio, Naturam ab Augustino nominari non eam, quę est iam inde à peccato, sed eam, quę erat à creatione. In hac fuisse liberum arbitrium tam ad bonum quam ad malum. In illa vero aliter, nimirum ad malum duntaxat, non etiam ad bonum, nisi instaretur per gratiam. Atque hanc naturę distinctionem non à se Caluinus excogitauit, sed ab ipso sumpsit Augustin. In Retractionibus, vbi ista difata sunt libro primo, ca. 10. In eo quod dixi Nullum esse malum naturale, possunt quærere latebram Pelagiani, nisi hoc dixerunt ad naturam talē reseratur, qualis sine vitio primitus constituta est. Ipsi enim vere ac proprie natura hominis dicitur. Et 15. in eo quod dixi, Natura esse mala anima nullo modo queunt: si quaerant, quomodo acci, iamus quod ait Apostolus: fuitius & nos natura filij irę sicut & vateri, respondemus, naturam in his verbis meū intelligere voluisse illa, quę proprie natura dicitur, in qua sine vitio creati sumus. Nam ista (nempe de qua Paulus propter originem naturam appellatur: quę origo vitique habet vitium, quod est contra naturam.

VIII. Hęc cum ita sint, tum vero illud certum, quę Augustinus his libris disputauit de libero arbitrio, disputata esse contra Manichæos; qui originem mali assignabant nature, non huic, quę dicitur propter originem; id est, vitiatę, sed illi, quę dicitur à creatione. At Catholici constanter negabāt malum esse à creatione. Causam vero mali esse asserbant liberum arbitrium. Propter eos verba sunt capitis 9. ex 1. Retractionum; disputatio illa suscepra est qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: & Deum; si ita est, creatorem omnium naturarum cult. andium esse contentum. Faciunt ergo Papistę contra Augustini mentem; o i eius dicta longius trahunt ad eum naturę statum, in quo nunc sunt hęc mines: Id ipse docebit discretus libr. 3. de Libero arbitrio cap. 18. ac capite 9. 1. Retractionum, Approbare falsa pro veris vt erret inuitus, & resistente aiqu. r quente dolore carnalis vinculi; non posse à libe dinosis operibus temperare, n. n. est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera voluntate & re te faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est, loquimur.

IX. Respondet Bellarminus. Primo, ab Augustino constitui liberum arbitrium euan in hoc statu nature. Sic 2. de Libero arbitrio cap. 1. Illud bonum, quo commendatur ipsa iustitia in am randis peccatis, recteque factis hoc. o raudis, quomodo esset si homo careret libero voluntatis arbitrio? Et iterum, Eiod. dixit. Quantum in superiori libro intelligere mihi visum sum, & habemus liberę voluntatis arbitrium, & eo solo peccamus. Subicit ipse Augustinus, Ego quoque memini, iam nobis id factum esse perspicuum; sed nunc interrogavi, vtrum hoc quod nos habere, & quo nos peccare manifestum est, Deum nobis dedisse scias. S.

D z

cundo, Adami ante peccatum fuisse Liberum arbitrium potentius nostro: tum quia liberi in voluntate, non æque sumus in executione voluntatis liberi; sed pati cogimur rebellionem partis inferioris, & dicere cum Apostolo, *Quod nolo hoc facio*. Tum quia egeamus protectione, & adiutorio Dei speciali contra tentationes. At in Adamo neutrum erat. Hanc autem differentiam Augustinum attigisse contra Pelagianos, qui nostrum Arbitrium nulla in re concedere Adami arbitrio contendeant. Et abutebantur quibusdam Augustini verbis. Quam ob causam ille clarius explicans sententiam suam, monet se non tacuisse eam diuersitatem. Quare quum dicat Naturam se intelligere, in qua factus sit homo: non id velle, omnia loca exponenda esse de solo Arbitrio Adami: sed tantum in quibus asseritur libertas eligendi sine resistentiâ partis inferioris, & sine vlla ignorantia & difficultate.

X. Ego contra: ad prius: ne nos quidem in hoc hominis statu negare omnino liberum arbitrium: sed tantum ita liberum in vtramvis partem, vt sit quasi quod dicunt, alba linea inter bonum & malum. Nam post peccatum contractum, omnino necesse esse confiteri Arbitrium, esse tantum liberum ad malum; donec liberetur ad bonum per gratiâ. Et ita Augustinum sentire. Eoque sensu intelligendam Caluini solutionem: cui negotium erat cum Pighio; & similibus, æque abutebantur Augustini locis; ac olim abutebantur Pelagiani. Est autem facile conijcere ex ipsius Augustini verbis. Negauerat vllum esse malum naturale. Hoc illum Pelagiana contumacia docuit non satis considerare dictum: itaque explicuit; se naturam intelligere non hanc nostram, quam ab Adamo ducimus: sed illam, quam Adamus habuit à Deo. Ergo, inquam, est malum naturale; si intelligas naturam hanc nostram: alias inepta foret distinctio: Si est naturale, ergo non æque liberi sumus ad bonum & malum: & quia propensio illa considerari non potest nisi in Arbitrio: Ergo Arbitrium ipsum natura in malum propendet: ac propterea non liberum. Eadem ratione, animæ malæ sunt; hæc eadem natura. Et hæc nobis suffiunt, donec suo loco doceamus, quid Augustinus senserit de libero Arbitrio in hoc statu hominis, id est, post peccatum.

XI. Ad posterius: dico non eo tantum vtroque capite differre liberum nostrum arbitrium ab Arbitrio ante peccatum: sed etiam tertio, quod Bellarminus omisissimum voluerit non sine causa, certe non omisit absque præiudicio doctrinæ Augustinianæ, vel potius Christianæ. Nam potestis pati rebellionem partis inferioris, qui bonos iam motus habet ad bonum: vt accidit quotidie fidelibus renatis, qui ideo precantur, ne inducantur in tentationem. Eandemque ob causam egerit protectione Dei, ne ab ijs tentationibus superentur. At liberum Arbitrium ita est post peccatum, vt à se nullos habeat bonos motus, nisi quantum ei datum fuerit à Deo, per renouationis gratiam: itaque ab Augustino passim dicitur seruum peccati: vt alias constat. Itaque etiam si nullis nouis tentationibus vrgeatur, tamen eo ipso quod natum est corruptum, vergit ad malum: Ad bonum autem, nullam habet dispositionem, nisi per remotam potentiam, vt loqui solent Scholæ: nimirum quia passiuè aptum est ad renouationem, qua fit, vt eligat bonum, quod antea ne cogitabat quidem. Hoc ipsum constat ex Augustini verbis. Negauerat natura vllas animas esse malas. Postea exercitibus Pelagianis disputationibus distinguendum putauit: alium natum esse à creatione: alium à natiuitate, & in illis verbis Naturam se priori sensu dixisse. Ergo animas esse malas concessit natura, in secundo sensu. Si malas, ergo non in vtrumque æque liberas, sed tantum ad malum, non etiam ad bonum, quia non potest arbor mala bonos fructus facere. Hinc illud apparet falsum, voluisse Augustinum sic intelligi eos locos, in quibus asseratur libertas eligendi sine resistentiâ partis inferioris, Nam si natura malæ sunt animæ, quomodo supponi potest electio libera?

XII. Nec quemquam mouere debent, quæ in suæ distinctionis fulcimentum Bellarm. recitat: Ex lib. 3. de Libero arbitrio capit. 38. *Nec mirandum, quod vel ignorando non habet liberum arbitrium, ad eligendum, quid recte faciat: vel resistente carnali consuetudine, videat, quid recte faciendum sit, & velit, nec possit implere. Illa est enim peccati poena iustissima, vt amittat vniuersique quo bene vult, quum sine vlla posset difficultate se velle.* Entibi inquit Bellarm. *Velit, nec possit implere:* hoc est, libere velle, sed non libere implere, propter resistentiâ partis inferioris. Rursus, *Approbare falsa pro veris vt erret inuitus, & resistente dolore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura institui hominis, sed poena damnati.* Cum autem de libera voluntate recte facienda loquimur, de illa scilicet in qua homo factus est: loquimur. Vides, inquit, libertatem recte facienda, opponi necessitati errandi, & non concupiscendi contra voluntatem.

XIII. Imo, inquam, Bellarm. partem tantum sumit doctorum Augustini. Nam Augustinus duas discrete distinguit in homine causas peccandi: Ignorantiam, & Necessitatem. Illam, quum nescitur quid sit bene agendum: itam quum scitur quidem quid agendum, sed id quod quis ita & noluit, & vult, non possit implere: Vtrumque autem manasse à poena primi peccati. Et tamen, inquit, etiam per ignorantiam facta quadam improbantur, & corrigenda iudicantur, sicut in diuinis autoritatibus legimus: At enim Apostolus, *Miserericordiam consequutus sum, quia ignorans feci.* At & Propheta, *Delicta inuenturis, & ignorantia mea ne memineris.* Sunt etiam necessitate facta improbanda, vbi vult homo recte facere, & non potest. Nā inde sunt illa voces. Non enim quod volo facio bonum: sed quod nolo malū hoc ago. Et illud, *Velle adiacet mihi, persicere autē bonum non inuenio.* Et illud, *Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnē.* Hæc enim inuicem aduersantur: vt nō ea quæ vultis, faciatis. Hæc Augustinus: & quidem sibi obijciens: quia negauerat id peccatum esse, cui resisti non potest. Respondet autem, *Sed hæc omnia hominum sunt, ex illa mortis damnatione venientium, Nam, si non est ista poena hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt.* Et paulo post, *Nam sunt reuera omni peccanti anima duo ista poena lia, ignorantia, & difficultas. Ex ignorantia, de honestat error: ex difficultate, cruciatus affligit.* Hinc patet. Primo, distingui id quod sit per ignorantiam, ab eo quod quis facit, non potens implere quod vult. Secundo, in homine post damnationem mortis, id est, post contractum peccatum, vtrumque illum defectum esse. Porro, horum duorum posterius solum pertinet ad illam partis inferioris rebellionem. Nam, ignorantiam manifestum est pertinere ad intellectum, quæ est pars superior. Tum autem rebellio describitur, quum quis vult, & non potest implere. At nemo vult id, quod ignorat. Si ergo ignorat, non vult, & non vult, nulla est rebellio. Quum igitur hæc duo sunt distincta,

ætā, quid sibi vult Iesuita, quum illud solum considerat, *Velle, nec posse?* altero illo amisso, quod est ignorare, id est, nec posse, nec velle? Athoc tamen tantum est momenti, vt de eo dixerit Augustinus, *ignorando non habet liberum arbitrium ad eligendum quod recte faciat:* quæ verba legit, descripsit Bellarminus, sed neglexit. Quin & illa: *Approbare falsa pro veris, vt erret, inuitus:* de eadem ignorantia dicta sunt, quia sequentia, *& resistente dolore carnalis vinculi, non posse à libidinosis operibus temperare,* pertinent ad rebellionem. Et si autem inuitum non ita dixit, vt contra voluntatem omnino significaret esse peccata: id enim esset absurdum, & contra perpetuam Augustini doctrinam, tamen non dixit frustra, nimirum, vt ignorantia doceret vim tantam esse, vt auferat libertatem illam in eligendo, quæ alioquin propria erat voluntatis, & vnde dici videtur liberum arbitrium. Itaque copulauit, *approbare falsa:* Et, *vt erret inuitus.* Quomodo iterum cap. 19. *Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras.*

XIV. Summa est, ex primo peccato hominem occupasse, tum ignorantiam boni, tum rebellionem partis inferioris, quæ etiam, tum quum scitur bonum, tamen impedit ne fiat. Et quidem notandum, hanc rebellionem proprie esse in ijs quos iam præuenit gratia, vt tenebras ignorantia dissiparet. Probatur, quia ipse Augustinus, cum ex Scripturis confirmat hanc partem, id est, improbanda esse etiam necessitate facta, locos colligit, qui omnes loquuntur de regenitis, *Non quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Velle adiacet mihi, persicere autem bonum, non inuenio.* Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Quod cum ita sit, certe non est hæc pars apta ad probandum differentiam arbitrii nostri naturalis, ab arbitrio Adami ante peccatum, qualem Bellarminus ponit. Nam, cum in rebellionem hæc pars alia bona sit, alia mala, & illa sit à regeneratione, profecto hæc mala erit ab hac natura, quam nos ab Adamo ducimus. Itaque, necesse est confici, liberi arbitrii, quod in nobis est ab ea natura, nullas vires esse ad bonum, sed tantum ad malum, quod nos docemus. Nihil ergo est in Augustino difficile, hæc quidem parte.

XV. Iam alteram videamus de Auxilio, Augustinus (ait Bellarminus) explicat alteram differentiam inter liberum arbitrium nostrum, & Adami, quod nos egeamus adiutorio, quo ille non egebat. Primi Retractationum, c. 9. *Nouus heretici Pelagiani, qui liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, vt gratia non relinquatur locum, non se extollant, quasi eorum egerim causam, quia multa in his libris dixi pro libero arbitrio, quæ illius disputationis causa poscebat.* Et post, *In his, atque huiusmodi verbis meis; quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani, vel putare possunt suam nos tenuisse sententiam, sed frustra hoc putant.* Item, De Natura & Gratia ca. 67. cum Pelagiani obijcerent illud, *Quis enim peccat in eo quod caueri non potest?* Respondit, neminem peccare in eo, quod vitari non potest: sed non ideo vitari posse peccata, quod adhuc sit integra, vt erat in Adamo: sed quoniam Dei gratia præsto est: nec se id tacuisse.

XVI. Sed adiutorium solet plerumque dici, ex parte tantum: scilicet, quum quis quid aggrediendi, ex seipso, accedit opitulator, vt quod vel non poterat solus; vel difficulter poterat; aut possit, aut facilius possit: ita tamen, vt interea non det aggrediendi vires: sed suas tantum addat. At hoc modo Augustinus, nec quod suum negauit Adamo necessarium fuisse adiutorium gratia: & si dixisset, falsi conuinceretur ab ipso euentu, quia non potuit Adam in bono perstare, in quo erat creatus: Nec rursus post peccatum, hoc solum adiutorium docuit homini esse necessarium. Non enim iuari tantum volentem bene hominem; sed etiam præueniri, vt velit bene. Vnde perspicuum est, non tantum infirmum esse liberum arbitrium, quum non possit bene facere, sine gratia, etiam quum vult, sed etiam malum, quum non possit quidem velle bonum, nisi ex gratia. Quod si verum est, si, inquam, verum est non posse velle bonum, nisi ex gratia: ergo non est ex se liberum æque ad bonum, & malum, sed tantum liberum in malo; quia non coactum: non autem liberum ad bonum; quia non liberatum. Et hæc nostra doctrina est.

XVII. Superest de Voluntate dicere, quo sensu Augustinus scripserit. Certe ille plurima ita, vt facile potuerint à Pelagianis vindicari pro suis, si præter primum verborum sonitum nihil attendas. Non solum enim peccatum dixit esse voluntarium; & ita voluntarium, vt aliter peccatum esse non queat: sed etiam in nostra postum esse voluntate, vt nostro fruamur bono, & multa in eam rem, quæ ipse colligit, capite nono primi Retractationum. Sed statim mentem suam explicat, vt ne quis putet has esse vires Arbitrii, & non gratia effecta. In his, inquit, atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani, vel putare possunt suam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est quæ & peccatur, & recte viuunt, quod his verbis egimus. Voluntas ergo ipsa, nisi Dei gratia liberetur à seruitute, quæ facta est serua peccati, & vt vicia superet, adiuuetur recte, pieq; viuere à mortalibus non potest. Et hoc diuinum beneficium, quo liberatur nisi eam præueniret, iam meritis eius darentur, & non esset gratia, quæ vtiq; gratia datur. Similiter c. 10. Quod vero dixi: illud autem lumen, non irrationabilem animalium oculos pascit: sed pura corda eorum qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum, & temporalium, se ad eius præcepta implenda conuertunt, quod omnes homines possunt, se velint: Non existiment, noui heretici Pelagiani secundum eos esse dictum. Verum est enim omnino omnes homines hoc posse, si velint: sed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, vt possint.

XVIII. Quod vero dixerat, vsque adeo peccatum esse voluntarium malum; vt nullo modo sit peccatum, nisi sit voluntarium; explicans ea. 13. eiusdem libri Retractationum. *Potest videri, inquit, falsa hæc definitio: sed si diligenter discutatur, inuenietur esse verissima.* Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est; non quod etiam poena peccati. Quamuis & illa, quæ immerito, non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino possunt sine voluntate committi: quoniam & ille qui peccat, ignorans, voluntate vtiq; facit, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum: & ille, qui concupiscit aduersus spiritum carnem, non ea quæ vult facit, concupiscit quidem nolens, & in eo non facit, quod vult, sed si vincitur, concupiscit consentiens volens, & in eo non facit, nisi quod vult, liber scilicet iustitia, seruusque peccati. Et illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non vult, nisi arbitrio voluntatis, non absurde vocatum etiam voluntarium.

quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum est quodammodo hereditarium. Cap. 22. Alio loco, nimirum c. 26. contra Adimantum, Nisi quisque, inquam, voluntatem mutauerit, bonum operari non potest: quod in nostra potestate esse positum alio loco Dominus docet: ubi ait, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Quod non est contra gratiam Dei, quam predicamus. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur, de quo dicitur: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus, facimus: nihil tam in potestate, quam ipsa voluntas est: sed preparatur voluntas à Domino. Eo modo ergo dat potestatem. Sic intelligendum est, & quod dixi postea: in nostra potestate esse, ut vel inseri bonitate Dei, vel excidi eius severitate mereamur: quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur voluntatem: qua cum fortis, & potens preparatur à Domino, facile sit opus pietatis, etiam quod difficile, atque impossibile fuit.

XIX. Hæc Augustinus: quibus quid potest apertius vel ab ipso Caluino dici? Patebit, examinando Bellarmini instantias. Citabat illud ex Actis cum Felice: Esse liberum arbitrium: & inde peccare quemque si velit: non peccare, si nolit. Quibus verbis, vix videbatur posse proferri quicquam magis Papisticum. Et obseruabat nusquam fuisse retractata. Et nos quidem concedimus, tum quum hunc de Actis contra Felicem librum Augustinus retractaret, neglexisse hæc verba specialiter interpretari. Verum addimus de similibus, simile esse iudicium. Esse autem huic loco similes illos multos, quos retractauit diserte, capite nono primi Retractationum, in quibus etiam disertius definitur in nostra voluntate esse, bene & male viuere. Itaque, si quis solit sponte decipi, debere horum retractationis meminisse, ut quæ hic non sunt retractata, intelligat non contra veritatem. Breuiter, Augustinus testatur, se, quum dicit nos bene agere, si velimus: & male agere, si velimus: nihil aliud intelligere, quam supponendum esse in homine actum voluntatis, a quo fluunt actiones, tum bonæ, tum malæ. Sed illum tamen actum voluntatis, à quo actiones bonæ fluunt, esse à Deo per gratiam præparante voluntatis: quæ alioquin, id est, absque hac præparatione, ita est serua peccati, ut non possit recte, pieque viuere. Verba diserta, quæ etiam paulo ante excerpit, tunc tamen libenter repeto, *Voluntas est, qua & peccatur, & recte viuuntur: Audite: Sed perge, & rursum audi, Voluntas ipsa, nisi Dei gratia liberetur à seruitute, qua facta est serua peccati: & ut vitia superet, adiuuatur: recte pieque viuunt à mortalibus non potest.* Ergo, inquam, etiam verum sit voluntate nos nostra, bene viuere: & voluntate nos nostra, male viuere: tamen falsum est arbitrium hominis sua natura æque liberum esse ad bonum, & ad malum. Alioquin falsum esset, voluntatem seruam esse peccati, donec liberetur per gratiam.

XX. Iam quod peccata voluntaria dixerit Augustinus, multis contendit Iesuita, de peccato solitis Adami non esse dictum. Et vere: sed cum distinctio ne tamen. Scorsum enim Adami peccatum Augustinus ponit, à peccatis reliquorum hominum. Et hæc partitur in peccatum originale, in peccata ex ignorantia, & peccata ex præualente concupiscentia, & de his omnibus voluntarium dici, non eadem ratione. Simpliciter quidem, & absolute, peccatum illud Adami: cum enim dixit peccatum adeo esse voluntarium, ut nullo modo sit peccatum, nisi sit voluntarium, peccatum illud cogitari vult, cap. 13. 1. Retractationum, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam peccata peccati: Et 16. quum dixit peccatum non esse, si non propria voluntate peccetur, similiter, peccatum illud intelligi vult, ait, quod non est etiam peccata peccati. At peccatum originale, tantum eo voluntarium, quod ex Adami, non autem ex propria cuiusque voluntate ortum habeat. Peccatum ex ignorantia, quia etiam ignorans peccat homo: tamen voluntate sua facit. Denique peccatum ex necessitate rebellantis concupiscentiæ, quia, qui sic vincitur, concupiscentiæ consentit volens.

XXI. Hæc Augustinus, quæ ignorare non potuit Bellarminus: quomodo ergo intellexit? Respondeo, inquit, Sanctum Augustinum significare voluisse definitionem peccati, in qua ponitur voluntarium, perfectissime & plenissime conuenire peccato primo: sed tamen etiam cætera peccata debere esse voluntaria. Deinde iterum: Quod illam definitionem dicit videri posse falsam, propter peccatum originale dixit, quod minimum habet de voluntario, non propter peccata actualia, de quibus modo nos loquimur.

XXII. At ergo de secundo prius, ponit falsum. Nam Augustinus, eum dixit videri posse falsam eam definitionem, quæ statuit, peccatum non esse, nisi voluntarium: non tantum dixit propter originale: sed etiam propter actualia. Etenim peccata ex ignorantia, & ex præualente concupiscentia: non sunt originalia, sed actualia. Atqui, in solutione de his ipsis agit, & docet rationem voluntarij ad ea pertinere: etiam vulgo solent inuoluntaria appellari: quod ille immerito fieri notat. Quare, si bene distinguitur à Bellarmino, voluntarium in plenissime voluntarium, & non plenissime voluntarium: omnino dicendum, ab Augustino statui solum peccatum Adami esse plenissime voluntarium, reliqua autem peccata omnia, non plenissime.

XXIII. Iam de primo. Sophista est Bellarminus, tenebris gaudens. Cui enim non exposuit, quid intelligeret, plenissime voluntarium? Ego conabor ex mente Augustini, ille viderit verum sit. Voluntarij gradus sunt varij. Et quia voluntarium, & liberum arbitrium hoc loco conuertuntur, ut alias sæpe. Ergo non potest illud melius intelligi, quam ex natura liberi arbitrij, quod est tum in intellectu, tum in voluntate. Itaque, illud plenissime voluntarium erit, in quo & intellectus, & voluntas, plenissime suo funguntur officio. Est autem intellectus officium, rerum veritatem concipere, Voluntatis autem, libere exsequi quæ dicitur intellectus. Atqui, neque in ignorantia, intellectu verum videt, approbat enim falsa, pro veris, neque in rebellionem partis inferioris, voluntas agit libere, adeo ut quæ sic fiunt, etiam coacte fieri Augustinus ausus sit dicere. Quare hoc sequitur, peccata actualia, quæ sunt ex ignorantia, & præualente concupiscentia, non esse plenissime voluntaria. Atqui, omnia omnium hominum peccata actualia alterutro modo fiunt post Adamum. Ergo nulla hominum peccata actualia post Adamum, sunt plenissime voluntaria, hoc est, ex eadem vi liberi arbitrij, quæ erat in Adamo, ante peccatum. At hæc vis arbitrij in Adamo erat mere libera ad bonum, & ad malum. Ergo ea vis liberi arbitrij, vnde sunt reliquorum hominum peccata actualia, non est mere libera ad bonum, & ad malum, sed inclinatur ad malum, tum quia non potest verum cognoscere præ ignorantia, tum etiam, quia non potest ad verum cognitum mouere se, præ rebellionem partis inferioris. Et quia liberum arbitrium constat ex intellectu & voluntate: Eri-

Tom. III.

gnorantia vitium est intellectus, concupiscentia autem vitium voluntatis, Ergo hæc vitia sunt libero arbitrio intrinseca, itaque, motus ille est ad malum, qui est ab ignorantia & concupiscentia, non est extrinsecus, sed ab ipsa liberi arbitrij natura, quatenus natura dicitur, non à creatione, sed à natiuitate: Ergo hæc sua natura liberum arbitrium, non autem aliqua vi externa fertur ad malum, ut Caluinus voluit, ut Augustinus docuit.

CAP. XVIII.

De Augustino, contra Pelagianos.

I. Hæc de Augustini libris ante exortum Pelagium. Nunc de reliquis: ex quibus sex argumenta Bellarminus colligit hoc ordine. Primum, Augustinus simpliciter libertatem arbitrij confitetur: De Gratia, & Libero arbitrio cap. 1. Reuelauit Deus per Scripturas suas Sanctas, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Similiter, epistola 46. & 7. Secundum, Augustinus natus multum tribuisse Libero arbitrio: nusquam autem errasse in eo, quod liberum arbitrium predicarent. Imo, quatuor ad Bonifacium cap. 3. & lib. 2. de Nuptijs & Concupiscentia cap. 3. hoc in ijs probat, quod agnoscat Libero arbitrium: Præterea ægre fert, sibi à Pelagianis imponi, se negare Libero arbitrium, secundi de Nuptijs & Concupiscentia cap. 3. & primi ad Bonifacium 2. & quarti aduersus Iulianum 8. Tertium, inter Manichæorum hæreses, numerat Liberi arbitrij negationem, quarti ad Bonifacium 4. Quartum, iisdem argumentis Libero arbitrium probat, post exortum Pelagium; quibus & ante Epistolis 46. & 7. Libro de Gratia & Libero arbitrio. Quintum, docet Augustinus Libero arbitrium iuari gratia Dei, epistola 89. quæstione 2. & alibi millies: Atqui, quod non est, non iuuatur. Sextum, docet esse in potestate hominis velle, & non velle: In expositione Psalmi septimi ad finem, de Spiritu & litera, cap. 33. & 34.

II. Sed in disputationibus contra Pelagium, ita docuisse de Libero arbitrio Augustinum, ut laudari non possit à Papistis; probo quatuor testibus, Pighio, Aurato, Sixto Senensi, Sadoletto. Pighij hæc verba sunt libri 2. de Libero arbitrio cap. 3. *Vnus fere Augustinus (obseruentem tum disputationem Pelagij & Cælestij, qui tantum tribuebant Libero arbitrio, ut diuina gratia iniuriam facerent) si quisquam omnium hac in re varie & perplexè loqui visus est: ita ut aduersus illos, eisdem alicubi videatur iniquior: eo quidem consilio, quod sequuntur ij qui curia lignorum ad rectitudinem conantes reducere, ea ultra rectitudinem sectantur, & incuruant in oppositum.* Auratus Paradox. 48. *Nec est quod Augustinus dicant Aduersarij (nos intelligit) suis patrocinantem erroribus: Is enim obseruentem disputationem Pelagij & Cælestij, qui tantum tribuebant Libero arbitrio, ut diuina gratia iniuriam facerent, vehementius gratiam ipsam attollit, quasi videatur eleuare arbitrium hominis, eo quidem consilio, quod sequuntur ij qui curia lignorum ad rectitudinem conantes reducere, ea ultra rectitudinem sectantur, & incuruant in oppositum.* Sixtus Senensis, præfatione in librum 5. Bibliothecæ, cum obseruaret Veteres tanto sinceræ pietatis, & catholice defensionis ardore ferri, ut dum unum errorem omni verborum conatu destruere annuntiant, sæpe in alterum oppositum errorem, vel decidant, vel quodammodo decidisse videantur: agricolarum more, qui incuruum teneri arboris stipitem corrigere volentes, immodica nonnunquam attrahunt modum excedant, plantamque ipsam in contrariam diuersamque deducunt formam. Cum inquam, hoc obseruaret, tum exemplum addidit Augustini. *Diuus Augustinus inquit, dum toto spiritus ac verborum ardore pro defensione diuinae gratia pugnat aduersus Pelagianos, liberum arbitrium cum iniuria diuinae gratia extollentes, in alteram quasi foueam delabi videtur, minusque interdum tribuere, quam par sit, libera hominis voluntati.* Sadoletus libri 3. epistola 5. *De Libero arbitrio & de Gratia: Ego & Pelagium grauius accuso, qui dari nobis premium pro meritis nostris sine gratia voluit. Et Augustino non viquequaque assentior. Nimirum enim extremè ex contraria parte is diuersam mihi causam videtur defendisse, cuius ratio si vera sit, in maximas difficultates, & impedimentissimas actiones consiliorum de voluntatum, hominum mentes incidere necesse est, ut nequeant explicare quid optimum sit factum.*

III. Hæc illi: ex quibus certissime conficitur; nihil admodum magnæ spei Papistis superesse in huiusmodi disputationibus Augustini. Audio quidem à Pighio, *Quamquam etiam ille serio & aperte semper confesserit aliis: ab Aurato. Licet & ipsa nobiscum sentiat.* Sed quid ad me, si non audent profiteri se prorsus ab Augustino alienos esse? At illud non eis plenum est infamia; quod eos libros, in quibus fortissime Catholicam fidem bonus ille Pater defendit, contra impudentissimos hæreticos; illi non audeant sine exceptione admittere. Hoc, inquam, mihi argumentum est certissimum, non tam fauere Papistarum causæ, hæc disputationes, quam videri vult Bellarminus, maxime si ista addas Pighij, ex initio libri 3. de Libero arbitrio, *Libero arbitrio alicubi videtur iniquior, etiam parum illi quam potest, tribuit: eius facultatem vel extenuat, vel dissimulat, vel eludit: verte omnibus viribus deicit.*

IV. Quamquam obseruo obiter peruersitatem ingenij Papistici, qui in his disputationibus calumniatur excessiue modum bonum illum Patrem. Quod omnino dicere debebant potius de disputationibus contra Manichæos. Nos certe probamus ex ipso Augustino. Primo enim nihil eorum quæ scripsit in ijs ab eo est retractatum: at non pauca retractata sunt scripta contra Manichæos: nec tantum ambigua distincta, sed etiam perperam dicta correctæ: ut illud saltem c. 23. 1. Retractationum, *Quod credimus nostrum esse quod autem bonum operamur, illius est qui credentibus dat, Spiritum Sanctum.* Atqui hoc, inquit, profecto nunquam dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ adiuuat in eodem Spiritu. Secundo, ipse testatur se contra Manichæos scripsisse attendentem duntaxat, quid velle esset quæstioni, de Libero arbitrio: de Gratia vero Dei, nihil attigisse, capite nono, primi Retractationum. At quum disputauit contra Pelagianos, ne potuisset quidem, etiam si voluisset, ita attentus esse ad Gratiam, ut obliuisceretur Liberi arbitrij: ea erat disputationis natura. Denique, contra Manichæos scripsit adhuc in suis initijs: imo, libros de Libero arbitrio, & de Genesi, & de Vera Religione, antequam esset presbyter. At contra Pelagianos, non nisi Episcopus, & iam ætate prouectior, atque adeo multa rerum experientia, multo studio, multisque adeo disputationibus exercitus: Itaque, longe verisimilius est Augustinum vehementiorem fuisse in Liberi arbitrij partes, cum scriberet contra Manichæos: quam in gratia; cum

D 3

contra

contra Pelagianos. Sed ita necesse est Papistas seiplos ludificari, dum nolunt cedere veritati.

V. Quod attinet ad argumenta Bellarmini, quiuis iam facile intelligit, quam sint futilia. Nam, quinque prima probant, non negatum, sed assertum potius ab Augustino fuisse Liberum arbitrium: quæ nulla nostra quæstio est. Non ostendunt autem, quo sensu fuerit assertum, quæ nostra controuersia est. Sumus enim statim ab initio protestati, ne Caluinum quidem omnino ac funditus tollere id quod Liberi arbitrij nomine significatur: sed tantum eam libertatem qua ei a Papistas æqualiter asseritur dispositio ad bonum, & ad malum: siue, vt loqui solent, habenti in sua potestate bene facere & male. Atque adeo, vt absoluaam vno verbo, totam de Libero arbitrio doctrinam Augustini, Caluinus probauit, nos etiam probamus: dummodo æstimetur ex eius dispositionibus contra Pelagianos.

VI. Sextum argumentum videtur paulo magis ad rem esse. Docet, in-

quit, esse in potestate hominis velle, & non velle. Sed ne hoc quidem difficile. Audi eundem Augustinum cap. 2. secundi Retractionum. Dixi: *Quamuis sit in cuiusque potestate quid velit: non est tamē in cuiusquam potestate quid possit. Quod ideo dictum est, quia nō dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus, sit: vbi prius & maxime est ipsum velle. Sine villo quippe interuallo temporis præsto est voluntas ipsa, cum volumus.* Et hæc videri poterant prima fronte, pura puta Pelagianæ. Itaque, hæc ipsa quo sensu dicta fuerint, explicantur: *Sed hanc quoque ad bene viuendum desuper accipimus potestatem, cum preparatur voluntas à Domino.* Scilicet, quia non idem est, possumus velle, & non velle: Et, possumus bene velle. Nam illud habet homo, sine dubio, à sua natura: quam à creatione acceptam abolere, peccatum nullum potuit. Aristud acceptum quidem à creatione; tamen peccatum superueniens abstulit, restituendum sola gratia: quæ sic præparat voluntatem, vt bene velit: quod ei naturaliter factum erat impossibile propter peccatum.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS De LIBERO ARBITRIO.

Caput Primum.

DE SERVITUTE ARBITRII.



VLTI fuere in sua confirmanda sententia de Libero arbitrio Papista. Nunc, inquiramus quid de eodem doceant Scripturæ Sacræ: quid Veteres Catholici. Pater amplissimus campus, si vsquam alibi. Atque adeo obseruanda merito occurrit Aduersariorum vastities, ne quid dicam durius. Nam & Pighius cum susceperet refutandam Caluini disputationem in Institutione: quæ cetera scætet testimoniis Scripturæ confertissimis, non minus ac firmamentum stellis; tamen pauca tantum de libauit libro quarto. Et Bellarminus, cuius institutum liberrimum, omnes videbatur ambitu suo complexurum nostros auctores, vt refutaret: tamen huic parti vix duo breuia capita indulsit: inque iis vix sex Scripturæ locos, & Augustini octo testimonia, dignatus est expendere. Equidem Costerum non miror, qui Enchiridij breuitatem potuit prætexere, vt ne quis merito obiiciat multa prætermissa: vnum tantum non immerito quis carpatur: in delectu debuisse saltem potissima, solidissima quæque locum habere, omisissis leuissimis. Sed illos, quid excusabit? Sola forte iniquitas causæ. Ego veritati non deero. Distribuaam tamen tantam testimoniorum fyluam in certas quasi areas, vt disputatio sit facilior.

II. Esto ergo nobis primum argumentum: Si Liberum arbitrium est seruum peccati: Ergo non est æquale liberum ad bonum, & ad malum: siue non habet in sua potestate bene facere, & male. At prius verum: Ergo & posterior. Consequentia per se est manifesta. Primo enim, hoc in argumento idem est peccatum, & malum. Deinde, cum opposita sint bonum, & malum: necesse est, si concedatur alterutrum seruum, vt ne sit liberum eidem transire in alterius castra: & si transit, tum eiuratur præcedens seruitus: quod fit quotidie in iis qui seruantur. Sed id, quia fit per gratiam, nihil ad hanc libertatem, quæ consideratur in ipsa natura Liberi arbitrij, ac proinde etiam seorsim à gratia.

III. Antecedens probatur, Ioannis 8. Amen, Amen dico vobis, quisquis committit peccatum, seruus est peccati. Posterioris Petri 2. Libertatem pollicendo, cum ipsi serui sint corruptionis: si quidem à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutem est addictus. Ad Romanos 7. Scimus legem esse spiritualem: ego autem carnalis sum, & cogitatio mea & caro mea à carne mea, venditus, vt subijcerer peccato. Posterioris ad Timotheum 2. Equando det eis Deus, vt respicientes agnoscant veritatem: & respiciant à Diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Potuitne disertius exprimi seruitus hominis, ac proinde liberij arbitrij?

IV. Itaque, Scriptura reparationem salutis, appellat liberationem, & libertatem: quæ non potest non supponere præcedentem seruitutem. Esaiæ 61. & Lucæ 4. Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me: vt euangelizem pauperibus misit me, vt sanem contritos corde, vt prædicem captiuis dimissionem. Ad Collothesens 1. Qui liberauit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum Filij sibi dilecti. Posterioris ad Corinthios 3. Vbi Spiritus ille Domini, illic libertas. Ioannis 8. Veritas vos in libertatem vindicabit. Paulo post, Si vos Filij in libertatem vindicauit, verè liberi eritis. Lucæ 1. vt memor esset testamenti sui sancti, & iuris iurandi quod iurauit Abrahamo patri nostro, nimirum se daturum nobis, vt sine metu, à manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus ipsi. Ad Romanos 6. Illud scientes, Vterem illum nostrum hominem cum eo crucifixum esse, vt eneruetur corpus peccati, ne posthac nos seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, liber est à peccato.

V. Concinunt Patres. Augustinus Enchiridij c. 30. Verum hæc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumque promisit æternum, nunquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit. Nam libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit, & ipsum. Sicut enim quis se occidit, vti que viuendo se occidit, sed se occidendo non viuunt: nec se ipsum poterit resuscitare cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, vitio peccato amissum est & liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Petri certè Apostoli est ista sententia. Quæ cum vera sit, qualis, quisque potest serui addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit, qui sui Domini voluntatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est: unde ad iuste faciendum liber non erit,

nisi à peccato liberatus, esse iustitia cæperit seruus. Ipsa est vera libertas propter rectè facti licentiam: simul, & pia seruitus propter præcepti obedientiam. Sed ista libertas ad bene faciendum, unde erit homini addicto & vendito, nisi redimat ille cuius illa vox est. Si vos filios liberauerit, tunc verè liberi eritis? Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum liber est ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat, quam cohibet Apostolus dicens, Gratia salui facti estis per fidem. De Verbis Apostoli serm. 13. Agis quidem illo non adiuuante libera voluntate, sed male. Ad hoc idonea est voluntas tua, quæ vocatur libera, & malè agendo sit da mnabilis ancilla. Cum dico tibi, sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad malè agendum habes sine adiutorio Dei liberam voluntatem: quanquam non est illa libera. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est: & omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: & si vos filios liberauerit, tunc verè liberi eritis. Cõtra duas Epistolas Pelagianorum lib. 1. c. 3. Datur ergo potestas vt filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, vt credant in eum. Quæ potestas nisi detur à Deo, nulla esse potest ex libero arbitrio: quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberauerit: sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitia vel occultus vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse per sua sit.

VI. Epistola 144. Quanto sunt charitati futura meliora: tanto sunt infirmitati violentiora presentia. Et vti namque qui ea videre & gemere mouerunt, vincere & euadere merentur. Quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana: quia nec libera dicenda est, quandiu est viuentibus & vincientibus cupiditatibus subdita. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et si vos filios liberauerit, aut ipse Dei filius, tunc verè liberi eritis. De Spiritu & littera cap. 30. Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio. Sed per legem cognitio peccati: per fidem impetratio gratia contra peccatum: per gratiam sanatio anime abolitione peccati: per animam sanitatem libertas arbitrij: per liberum arbitrij iustitia delectio: per iustitia delectationem legis operatio. Et paulo post, Vt quid ergo miseri homines, aut de libero arbitrio audet super bire antequam liberentur, aut de suis virib. si ià liberati sunt? Nec attēdūt in ipso nomine liberi arbitrij vtiq. libertatem sonare. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. De Correctione & gratia c. 13. Hi qui non pertinent ad prædestinationem numerum, quos Dei gratia siue nondum habentes vllum liberum suam voluntatis arbitrium, siue cum arbitrio voluntatis, ideo verè libero, quia per ipsam gratiam liberato, perducit ad regnum: hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur: aut enim iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt: & cum illo hereditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum: aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt: arbitrium inquam liberum, sed non liberatum, liberum iustitia, peccati autem seruum: quo voluntur per diuersas noxiæ cupiditates, alij magis, alij minus: sed omnes mali. De perfectione iustitiæ; ad ratiocinationem nonam. Per arbitrij libertatem factum, vt esset homo cum peccato: sed etiam poenalis vitiositas subsecuta, ex libertate fecit necessitatem. Et post, Victa enim vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate natura. Rursus, Quia peccauit voluntas, secuta est peccantem peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas: & accipiat tanta libertas, in qua sicut necesse est, permaneat beate viuendi voluntas.

VII. Prosper contra Collatorem, Iustitiam iniquitas depulit: humilitatem superbia destruxit: continentiam concupiscentia elisit: infidelitas rapuit fidem: captiuitas abstulit libertatem: nec potuit illic vlla portio residere virtutum quo tanta irruerat turba vitiorum.

VIII. Basilius Seleuciensis, homilia altera de Adam, postquam miris modis extulit liberum arbitrium homini concessum in creatione: eique foribus concessa corporis lora: tandem, in vno versibus ἡ κριτικὴ ἰσχωρὶς τοῦ πᾶσι ἐν ἑαυτῷ κατὰ κριτικὴν αὐτῶν, καὶ δυσχερῆς φερὸν ἀποδοῦναι, καὶ πλείστοις κατὰ βλῆθαι ἐλεπται κενονίμω, αἰχμητῶν ἀρματῶν οἰκίαις καὶ ἄλλοις, καὶ πυρομετῶν κέκρωτα ταλαίπωρο ἐργα ἀνθρώπων, πῆς με ῥύσται ἀπὸ τῶν ἐπιμαλῶ τῶν ἰατρῶν ταῦτα: ἀποδοῦναι ἡ δαδυμῆα τῶν δὲσ ποπῆαι, γίνεται δὲ ἀπὸ παλαιῶν καὶ πύρρει ἀλαζείας ὁ λογαριθμὸς παρὰ χυρῆσαι τῶν ἰσόνων, δὲ ἀπὸ ἡλῆχρη τῶν περὶ ὅφ' ὡν ἐτύχην δελεῶδης. Cum passionibus, tanquam equis quibusdam indormiuisset, non aduertit se in præcipitia atque angustias delatum: vt denique deiectus, traheretur fordidus, ac captiuus effectus sui currus, clamaret, Miser ego homo, quis liberabit me à corpore mortis huius. Cum enim sua seccordia dominatum prodidisset: factus est seruus passionum.